|| **Honos**, dilectus, amor. Vergilius lib. XII (56):

per siquis Amatae
tangit honos animum.

|| **Honor**, hostia. Vergilius Aen. lib. III (118):

meritos aris mactabat honores.

|| **Honor**, praemium. Vergilius lib. V (249):

ipsis praecipue ductoribus addit honores.

Lucilius lib. XXX (56):

cuius vultu ac facie ludo ac sermonibu' nostris
virginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

|| **Honor**, sepultura. Vergilius lib. VI (333):

cernit ibi maestos et mortis honore carentis.

Lucilius lib. XXVII (XXVIII, 49):

núllo hono*re, núllo he*redis flétu, nullo fúnere.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INVITARE apertam habet significantiam. Vergilius lib. V (485):

celeri certare sagitta
invitat qui forte velint et praemia ponit.

Terentius Heautontimorumeno (185): ||

quam véllem Menedemum ínvitatum, ut nóbiscum esset ámplius!

---

20—24 Hon.—hon.; 30—31 Hon.—car.; 35 Inv.—sign.

---

**21** per *om.* $D^A$ || Amatae *om.* $D^A$ || **24** -avit *Verg.* || **26** ipsos $L$ $A^A$ || -puos *Verg.* || **27—29** *cf. 366. 9* (*s. v.* pretium) || **28** a f. (*Gen.*) *vel* ac f. (*B*) $A^A$ || **33** honore displetu: *corr. Palmer.* (*Hermath. XXII, 406*), nullo *addidi*: hon. di! sepultu' *Mu.* || **34** *om.* $A^A$ || **35** significationem $D^A$ || **37** invitant: (*corr. B*) || **1** ut *corr.* a *L*: ad (*Gen.*$^1$) *vel* a (*Gen.*$^2$ *B*) $A^A$: a $B^A$: (*in archetypo erat* ůt [*sic*]).

M. Tullius in Verrem actione II (I, 65): 'rogat Rubrium ut quos ei conmodum siet invitet'. — Lucilius lib. XXX (116):

contra haec invitasse aut instigasse videntur.

M. Tullius de Senectute (57): 'ad quem fruendum non modo retardat, verum etiam invitat atque adlectat senectus'. || Invitare est delectare. Vergilius Georg. lib. I (302):

invitat genialis hiemps curasque resolvit.

Turpilius Thrasyleone (201):

corónam, mensam, tálos, vinum, haec huiúsmodi,
quibu' rébus vita[m] amántum invitarí solet.

idem Philopatro (181):

lúcus ipse invítat hercle hic Véneris.

M. Tullius in Hortensio (80): 'voluptates autem nulla ad res necessarias invitamenta adferunt senibus'. — idem de Republica (inc. 1): 'idque ipsa natura non invitaret solum, sed etiam cogeret'. || Invitare significat replere. Plautus Amphitryone (283):

mirum si ínvitavit sése in cena plúsculum.

Lucilius (XXX, 52):

pulchre invitati acceptique benigne.

---

14—15 M. Tull. vol.—sen.; 17—20 Inv.—benigne.

---

3 rubri || sit *codd. Cic.* || 5—6 *cf. 76. 24* || 5 fluendum $L^1 A^A$ || 6 non modo non *codd. Cic.* || tradat $L^1$: retrahat $B^A$ || 7 Invitari est delectari: (*corr. B*) || 8 genitalis $L^1 A^A$ || curaque $A^A$ (*non B*) || 10 coronam *marg. Iun.*: horonam || vinus in (*pro* vinu$\overset{m}{s}$, *i. e.* vinus *corr.* vinum): *corr. ed. princ., Lips.* || v. et quae hu. *Mu.* || 11 vitam amattum invitari solem: *corr. Lips.* (vita *iam Iun.*) || 13 locus *L* (*cum B*) || 14 Invitare, incitare. M. Tull. (?) *Mu.* || voluntates: *corr. ed. princ.* || 15 nullae $L^1$ || sensibus *Mu.* (*sed vid. Plasberg. p. 68*) || 17 repleri: *corr. Guietus* || 18 mira sunt nisi *codd. Pl.* || 20 inv. sumus acc. *I. Dousa.*

Turpilius Epiclero (71):

nón invitat plúsculum sese, út solet?

idem Leucadia (132):

ínvitavit [viri] plúsculum hic sese in prándio.

Sallustius Hist. lib. IV (11): 'reversi postero die, multa, quae properantes deseruerant in castris, nacti, cum se ibi vino ciboque laeti invitarent'. — Lucilius lib. XXX (54):

scito etenim bene longincum mortalibu' morbum
in vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

Varro Sesqueulixe (461):

ipsum ávide vino invítari poclís large atque benígne.

IVXTA est proxume. Vergilius Aen. lib. IV (255):

humilis volat aequora iuxta.

|| Iuxta, [est] coniunctim. Varro de Vita Pop. Rom. lib. I: || 'cum interea in lucubrando faceret iuxta ancillas lanam'. || Iuxta rursum similiter. Sallustius in Iugurtae Bello (85, 33): 'hiemem atque aestatem iuxta pati'.

Plautus Trinummo (197):

iuxtáque eam curo cúm mea.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (376): 'qui potest laus videri vera, cum motus saepe furacissimus

---

25—27 Sall. et versi—inv.; 32—33 Iux.—iux.; 2—3 Iux.—pati.

---

22 invitavit *Mu.* || 23 ideum $L^1$ *ut vid.* $A^A$ || 24 invitavere p. *Mu.* || viri *add.* $A^A$: *om. rell.*: heri *Roth.* || se *Both.* || 25 reversi *Iun.*: et versi || 26 multa quae *Iun.*: multoque || 27 cibo vinoque $LB^A$ || 28 cito (cibo $B^A$) bene enim: *corr. Muretus* || 31 avidum (-de *Lips.*) vino *Passerat.*: audi vino $LB^A$: audivi non $A^A$ || invitavi *Lips.* || 32—33 *cf. 414. 33* || 32 III $B^A$ || 34 est *om.* $A^A$ || 1 facere $A^A$ || 7 versa: *corr.* $\Sigma$ || cum motus $LB^A$ (= *G*): commotus $A^A$: cum mortuus *Ribb.*: cum notus *Quich.*: cum muto (*nom.*) *Mu.* || furaces semus $L^1$: furaces emus $A^A$: furaces essemus $B^A$: *corr. A. Nauck.* (*Philolog. IV, 299*).

322 M.

ac nequissimus civis iuxta ac Publius Africanus? — Plautus Aulularia (682):

dixí tibi, mater: iúxta mecum rém tenes.

INSOLENS inpudens et audax dicitur consuetudine. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (21): 'insolens, adrogans, iactans'. — idem de Senectute (31): 'nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur aut insolens aut loquax'. || Insolens rursum non solens. Terentius in Andria (907):

quíd tu Athenas ínsolens?

Pacuvius Atalanta (60):

quae aégritúdo ínsoléns méntem adtémptát tuám?

Turpilius Demetrio (15):

timére occepi, ínterdum oscitárier:
inéptus quid mihi véllem ex insoléntia
nescíbam.

idem Leucadia (100):

quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet;
ille ínsolens autem út fastidit cárnifex!

Accius Diomede (275):

ita [ef]flétu et tenebris ópstinatus spéciem amisi lúminis
conspíciendi insoléntia.

Sallustius in Catilina (3, 4): 'quae tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium'. — Cicero de

---

10 Ins.—cons.; 11—12 Ins. arr. iact.; 15 Ter. quid—ins.

---

8 ac *om.* $A^A$ || civis *Me. in notis*: ibis || iuxta *om.* $A^A$ || 9 rem mec. *codd. Pl.* || 12—13 nec erat ei *Cic.*: ne certe $L A^A$: nec c. $B^A$ || 13 de sene ni. *L* || videtur $L^1 A^A$: videatur $B^A$ || 14 rurs. insolens *L* || 17 tuam *om.* $L^1$ || 19 occepit $B^A$: hoccoepit *L*: occepi et *Lips.* || excitarier *Mu.* || 20 insolentiam $L^1 A^A$ || 24 fastidia: *corr. Iun.* || 26 fletu *Gulielm.*: effletu: et fletu *Roth.* || amisi $L^1$: amissi *rell.* (*forma antiqua?*) || 27 conspicient ins.: *corr. Both.* || insolentiam $L B^A$.

Oratore (I, 99): 'sed mehercule istius disputationis insolentia atque earum rerum, quae quasi in arte traduntur, inscitia'.

INGENIVM est naturalis sapientia. Sallustius in Catilinae Bello (8, 5): 'ingenium nemo sine corpore exercebat'. || Ingenio veteres dixerunt et sua sponte vel natura. Naevius Lycurgo (21):

vos quí regalis || córporis custódias
agitátis, ite actútum in frundiferós locos,
ingénio arbusta ubi náta sunt, non óbsitu.

Sallustius Hist. lib. III (28): 'castrisque conlatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur'. — Vergilius Georg. lib. II (177):

nunc locus arvorum ingeniis, quae robora cuique,
quis color.

INMANE significat ingens. Vergilius lib. VI (19):

posuitque inmania templa.

|| Inmane, foedum. Accius Andromeda (113):

inmáni tabe témplum, obvallatum óssibus.

|| Inmane rursum minime bonum, [et] nocens. Accius Medea (411):

prima éx inmani víctum ad mansuetum ápplicans.

---

30—34 Cic. sed—nat.; 4—5 Sall. castr.—proh.; 8 Inm. s. ing.; 10—11 Inm.—ossibus.

---

30 deput. *L* $A^A$ $B^A$ || 34 Ingenium *L* $B^A$ || 1 regalis $H^3$: regali *L* $B^A$: regari $A^A$ || 2 agitatis $A^A$ (*cum E*): agitis *L* $B^A$ || actuum $L^1$ $A^A$ || 3 arvustu (*Gen.*[1]) *vel* arvusta (*Gen.*[2]: arbusta *B*) $A^A$: arvusto $L^1$: arbusto $B^A$ || ubi nata *Scal.*: vineta: ut n. *Baehrens.* || obsitu $A^A$: obstutas *L* $B^A$ (*fort. pro* obs$\overset{ta}{tu}$ sall.): obsita *Scal.* || 5—7 *secl.* (?) *Mu.* || 6 hinc l. *L* $A^A$ || 9 templi $A^A$ (*non B*) || 10 automedia: in Andromeda *ed. a. 1476* || 11 inmanitate (imm.) habet te.: *corr. Me.* || 12 et *om.* $A^A$ || 13 vietum $L^1$: victu (?) *Mu.*

Vergilius Georg. lib. IV (458):

inmanem ante pedes hydrum moritura puella.

Accius Philocteta (560):

Phrygiam mití more esse, ánimo inmani Graéciam.

M. Tullius de Republica lib. III (32): 'quippe si ita sensit ut loquitur, est homo inpurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen inmanis'. — idem de Officiis lib. I (57): 'quo detestabilior illorum inmanitas, qui et laceraverunt omni scelere patriam'. — Vergilius Aen. lib. I (347):

Pygmalion, scelere ante alios inmanior omnes.

Varro Meleagris (299):

adde hýdram Lernaeam ét draconem Hespéridum, quotquot béstiae
fuérunt inmanés.

INTESTATVS est qui sine testamento perit. ‖ Intestatus est rursum cuius verbis fides non habetur. Pomponius Pictoribus (113):

ípsus cum uno sérvo senex intéstato proficíscitur.

INVADERE est adpetenter incipere. Vergilius lib. IX (186):

aut pugnam aut aliquid iamdudum invadere magnum.

Lucilius lib. XXX (117):

ut semel in Caeli pugnas te invadere vidi.

---

27—28 Intest.—habetur; 30 Inv.—incipere; 33—1 Lucil. ut—manus.

---

14 III $L A^A$ ‖ 15 *cf. 388. 1* ‖ 17 miti more $A^A$: minore $L B^A$: mitiore more *On.*: mitiorem *Me.* ‖ essesamimani (-inm-, -imm-): *corr. Mu.*: esse immani Graecia *Me.* ‖ 18—20 (inp.) *cf. 324. 16* (*s. v.* inpurus) ‖ 18—19 quippe si ita *codd. 324*: quidpesieta $L^1$: quidperieta $A^A B^A$ ‖ 19 homo] hoc $L^1$ ‖ 20 idem *om.* $A^A$ ‖ 21 quo est det. *codd. Cic.* ‖ 22 et *om. codd. Cic.* ‖ omnes sc. (omne sc. *L ex corr.*) ‖ 25 et draconem *Me.*: et (e $L^1$) trahonem ‖ quotquot *Mu. post Quich.*: quod: quotque *On.* ‖ 27 est *alt. del. Quich.* ‖ 29 ipsius $A^A$ ‖ seneca *Mu.*

|| Invadere rursum quasi in vadum ruere. Accius Athamante (192):

ut || prófugiens hostem ínimici invadam ín manus?

IVBERE est cogere aliquid ut fiat. Vergilius lib. IX (233):

ac Nisum dicere iussit.

|| Iubere est velle. Lucilius Satyrarum lib. VI (1):

salvere iubere salutem est mittere amico.

Terentius in Andria (533):

iubeó Chremetem.

Vergilius Aen. lib. III (261):

sed votis precibusque iubent exposcere pacem.

INPVRVS est aliquo vitio maculatus. M. Tullius in Verrem, actione II (I, 62): 'quam multis illum ingenuis, quam multis matribus familias in illa taetra atque inpura legatione vim adtulisse existimatis?' — Lucilius lib. XXVI (49):

cóniugem infidámque, † flaticam fámiliam, inpurám domum.

|| Inpurus, inprobus. M. Tullius de Republica lib. III (32): 'sed iuventuti nostrae minime audiendus: quippe si ita sensit ut loquitur, est homo inpurus'. — Terentius in Eunucho (234):

meí loci atque órdinis
hóminem haud inpurum.

---

33—1 Lucil. ut—man.; 10 Inpu.—mac.; 15 Inpu. inpr.; 16—17 M. Tull. quippe—inpurus.

---

4 est *del. Mu.* || 5 iuveres s. $L^1$: viveres s. $A^A$ (*non B*) || 8—9 *cf. 370. 37* || 10—13 *cf. 413. 12* || 11 illum *codd. h. l.*: istum *codd. 413* (*cum Cic.*) || 12 -liis *codd. utrobique*: -liarum *Arusianus gr. lat. VII, 475, ut vid.* || terra *L* || 14 infidam atque *Quich.* || flacitam *ed. princ., Mu.*: pathicam *Duebner.* || inpuramodum (imp-) (-ram m. *B*, domum $G^1$) || 15 Inpurus (*Gen.*[1]) *vel* Inpurum (Imp.) (*Gen.*[2] *B*) $A^A$: Inpurum $D^A$ || inprobum $A^A D^A$ || 16 iuventuti *Iun.*: ventuuti $L B^A$: ventuiti $A^A$ || 16 (quippe)—17 *cf. 323. 18* || 17—19 *cf. 270. 37; 359. 9* || 18 lici $L A^A$ || ordines *L*: -nem $A^A$.

INBVERE est initiare. Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς (515):

quid te fácere oportet líttteris
ínbutum solís Minervae?

M. Tullius de Officiis lib. I (118): 'plerumque autem parentium praeceptis inbuti ad eorum consuetudinem morisque deducimur'. — Vergilius lib. VII (541):

promissi dea facta potens ubi sanguine bellum
inbuit.

|| Inbuere est inficere. Accius Philocteta (552):

cum ex víperino mórsu venae víscerum
venéno inbutae taétros cruciatús cient.

hoc in doctis intellectibus habemus. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum (I, 60): 'accedit mors, quae, quasi saxum Tantalo, semper inpendet; tum *superstitio*, qua qui est inbutus, quietus esse numquam potest'.

ILICO significat statim, mox. Pacuvius Medo (235): ||

repúdio auspicium: régrediundum est ílico.

Caecilius Notho Nicasione (117):

ílico ánte óstium híc érimus.

|| Ilico, illo. Turpilius Leucadia (105):

sed quám longe est, cum isti *ílico*!

---

20—22 Inbu.—inbutum; 27—29 Inbu.—cient.

---

21 oportere $A^A$ || 22 sus Minervam? *Mu.* || 23 autem] dotem || 24 moremque *Cic.* || 25 fata $B^A$ || 27 est *post add.* L || 28 venae *Cic. de Fin. II, 94, Tusc. II, 19*: bene (*om.* $D^A$) || viscera $D^A$ || 29 i. t. c. *Cic.*: imbuta et ero sciens $A^A$: inbuta tetros ciens $D^A$: inbuta (imb.) est etero sciens $L B^A$ || 30 dotis $A^A$ (*non B*) || hoc—hab. *secl. Mu.* (*cf. p. 521*) || 31 accidit $A^A$ || etiam mors *codd. Cic.* || 32 sup. qua *Cic.*: quia || 1 hospitium *Heinsius, Ribb.* || 4 *fort.* in loco (*cf. Charis. 201. 17*) || 5 cum] eccum *Ribb.* || ilico (*seq.* Ilico) *add. Me.* || *fort.* 'sed quám longe?' 'eccum isti (*adverb.*) ílico'.

325 M.

|| Ilico, in eo loco. Naevius Belli Poenici lib. VI (44): septimum decimum annum ilico sedent.

Accius Eurysace (373):

ílico, inquam, habitáto, nusquam própius!

Hemina Hist. lib. I (9): 'et tum quo irent nesciebant; ilico manserunt'. — 'his persuadetur, ilico manerent'. — 'pars ilico manent'. — Caecilius Notho Nicasione (118):

manéte ílicó.

IGNOSCITE est veniam date. Vergilius Georg. lib. IV (489):

ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.

|| Ignoscite rursum noscite vel discite. Varro Gloria, *περὶ φϑόνου* (218):

vosque ín theatro, quí voluptatem aúribus
huc aúcupatum cóncucurristís domo,
adéste, et a me quaé feramus gnóscite,
domum út feratis éx theatro lítteras.

ITER est via. Vergilius lib. VI (542):

hac iter Elysium nobis.

|| Iter, navigatio. Terentius in Hecyra (415):

“ain tú tibi hoc incónmodum evenísse iter?” —
“non hércle verbis, Pármeno, dicí potest
tantúm quam re ipsa návigare incónmodum est.”

---

6 VI $L B^A$: III $A^A$ || 7 sedentes *Mu.* || 9 habitat ovis quam: *corr. Roth.* || propitius *L* || 10 tunc $A^A$: quum *Me.* || 10—11 nesciebat $A^A$ || 11 idem, his *Mu.* || 12 et, pars *Mu.* || 13 manet $L^1$ || 15 sic ign. $L^1 A^A$ || 16 gloriam: Inglorio *edd.* || 17 *πιφεονου L* (*ex* nepieonos, e *altera non satis certa*) $A^A$: *περιφεονου* $B^A$ (*cum E*) || 18 voluntatem: *corr. Iun.* || 19 hanc (?) *Mu.* || concurristis: *corr. Scal.* || domu *L* || 20 adest *L ante corr.* || et *Iun.*: est || amer $L^1$: amer (*Gen.*²) *vel* amare (*Gen.*¹) $A^A$ || adeste ameice *Mu.* || feram ignoscite (-cie $A^A$): *corr. Quich.*: feram, mi gnoscite *Oehler.*: feram cognoscite *Iun.* || 21 domui f. *L* || et t.: e t. *ed. a. 1476* || 25 adin tu *L*: emtu $A^A$ || 27 quam] quantum (quan quantum $G^1$).

INNOCENS est bonum et nulli nocens. Vergilius Aen. lib. VII (229):

litusque rogamus
innocuum.

|| Innocens rursum integer et incorruptus. Sallustius in Iugurta (46, 1): 'ubi quae Metellus agebat ex nuntiis accepit, simul de innocentia eius certior Roma factus, diffidere suis rebus; ac tum demum veram deditionem facere conatus est'.

INDVLGERE, augere. Lucilius lib. XXIX (26):

tú qui iram indulgés nimis,
manús a muliere ábstinere || mélius est.

|| Indulgere est veniam dare. Vergilius lib. X (624):

tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis:
hactenus indulsisse vacat.

|| Indulgere, dare, detinere. Vergilius Aen. lib. IV (51):

indulge hospitio causasque innecte morandi.

et lib. IX (165):

indulgent vino et vertunt crateras aenos.

|| Indulgere, spatium maius dare. Vergilius Georg. lib. II (276):

sin tumulis adclive solum collesque supini,
indulge ordinibus.

---

28—34 Innoc.—con. est; 2 Indulg.—dare; 4—6 Virg. actenus—mor.; 9—12 Indulg.—esse.

---

28 Innocentia: *corr. Iun.* (*etiam marg. ind. in* $B^A$) || bonus *Mu.* || et *del.* (?) *Mu.* || I $L A^A$ (*seq.* li): III $B^A$ *ut vid.*: *corr.* $H^3$ || 28—30 *cf. 383. 5* || 32 interea Iugurtha ubi *Sall.* || 33 acceptis $L A^A B^A$: -pit *Gen.*[3] $D^A$ || 34 de * edionem $L^1$: demedionem $A^A$ (*non B*) || 1 abst. a mul.: *corr. Iun.* || 3 stantibus $L A^A$ || 4 indulsit evacat $L^1 A^A$ || 5 dari detineri *Mu.* || III: *corr.* $B^A$ *ut vid.* || 7 IIII || 10 sint t. $L^1 A^A$ || tumuli || solum *om.* $L^1 A^A$ || supinos *Verg.*

326 M.

‖ Indulgere, temperare, clementem esse. Vergilius Georg. lib. II (344):

si non tanta quies iret frigusque caloremque
inter et exciperet caeli indulgentia terras.

M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium'.

INANE, vacuum, sine pondere. Vergilius Georg. lib. III (170):

atque illis iam saepe rotae ducantur inanes.

‖ Inane, concavum. Vergilius lib. V (673):

galeam ante pedes proiecit inanem.

‖ Inane, leve. Vergilius Georg. lib. IV (105):

instabiles animos ludo prohibebis inani.

et Aen. lib. IV (210):

et inania murmura miscent.

IACET significantiam habet manifestam; ut est Verg. in Bucolicis (VI, 14):

Silenum pueri somno videre iacentem.

et (VII, 54):

strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.

M. Tullius de suppliciis in Verrem (II, v, 118): 'patres hi, quos videtis, iacebant in limine'. ‖ Iacet, plenum est, oneratum. Vergilius Georg. lib. III (354):

sed iacet aggeribus niveis informis et alto
terra gelu late.

---

9—12 Indulg.—esse; 17—22 Ina.—ina.; 25 Iac.—man.

---

12—14 (int.) *cf. 200. 2; 310. 29* ‖ 16 (et—fil.) *cf. 390. 24* ‖ eo qui $L^1$: eo (*om.* qui) $A^A$ ‖ 17 IIII $L A^A$ ‖ 20 aote *vel* acte $L^1$: adte $A^A$ (*non B*) ‖ 21 In. vacuum sive leve $L$ (*cf. v. 17*) ‖ 24 mascent $L^1 A^A$ ‖ 25 est *del. ed. a. 1471* ‖ 29 *cf. 389. 13* ‖ 30 in V., de suppl. *Quich.* ‖ 31 patris: (*corr.* $H^2 B$) ‖ 32 IIII $A^A$.

|| Iacet, per plurimum porrigitur. Vergilius Georg. lib. III (343):

tantum campi iacet.

|| Iacet, sordet, neclectus est. Lucilius lib. XXX (3):

et sua perciperet retro rellicta iacere.

Lucretius || lib. I (62):

humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris.

INPROBVM est, sicuti manifestum est, minime probum. M. Tullius Epistola ad Caesarem, lib. I (fr. 3): 'debes odisse inprobitatem eius, quia inpudentissimum nomen delegerit'. || Inprobum, saevum. Vergilius lib. X (727):

lavit inproba taeter
ora cruor.

et Georg. lib. III (430):

tum piscibus atris
inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet.

et Lucilius lib. XXX (78):

inprobior multo, quam de quo diximus ante,
quanto blandior haec, tanto vehementiu' mordet.

|| Inprobum, turpe. Lucilius lib. XXX (115):

omnes formonsi, fortes tibi, ego inprobus? esto.

---

35—37 Iac.—necl. est; 2—4 Lucret. humana—probum 7 Inpr. saev.; 14 Lucil. inpr.—ante; 16 Inpr. turpe.

---

**37** -tum *Mu.* || **38** percipere: *corr. Gulielm.* || relignta $L^1$ || **1—3** *cf. 314. 30; 379. 10* || **4** est (*vel prius vel alt.*) *del.* (?) *Mu.* || **5** M. Tullius *Me.*: tusculanorum (-narum *EB*) (*praec.* m) || **6** qui *ed. princ.* || inprudentissimum (impr.): *corr. Ald.* || **7—9** *cf. 413. 9; 466. 22; 503. 40* || **10—12** *cf. 242. 26; 298. 10* || **11** atram *codd. 242, Verg.* || **13** et *om. ed. princ.* (*praec.* et) || **16—17** *cf. 306. 22* (*s. v.* fortis).

IACERE significat emittere: unde et iaculum. Vergilius lib. V (642):

sublataque procul dextra conixa coruscat
et iacit.

M. Tullius in Verrem, de signis (II, IV, 24): 'in quem scyphum de manu iacere conatus est'. || Iacit, habet, ponit. Vergilius Georg. lib. IV (294):

omnis in hac certam regio iacit arte salutem.

M. Tullius Philippicarum lib. I (1): 'in quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis'. || Iacit, facit. Lucilius lib. XXVI (81):

ágere in iaciéndo siquost víneis actís opus[t].

IACTARI est dimitti, dependere. Vergilius Georg. lib. III (86):

et dextro iactata recumbit in armo.

|| Iactare, volvere. Vergilius Aen. lib. I (227):

atque illum talis iactantem pectore curas.

|| Iactare, plagis sternere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 67): 'iactatur domi suae vir primarius et homo honestissimus; pro se quisque manus adfert'. || Iactare, fatigare. Vergilius || Aen. lib. I (29):

iactatos aequore toto
Troas.

---

18 Iacere—iaculum; 21—22 M. Tull. in quem—ponit; 24—25 M. Tull. in quo—pacis; 27 Iac. dim. dep.; 31 Iac. pl. st.; 33—3 Iac.—Troas.

---

**18—19** *cf. 385. 28* || **22** habet *om. $D^{A}$* || **23** hanc: (*corr. B*) || salute *L $A^{A}$* || **25—26** *cf. 238. 27; 243. 42* (*s. v.* actum, admotum) || **25** XXVII *$A^{A}$* || **26** siquost (si quo est) || opust (opus est): (*corr. B*) || *in marg. archetypi post* opus *stetisse videtur* st, *i. e.* quost *pro* quo est || **27** Iactare *$B^{A}$*: Iacere *rell.*: *corr. Quich.* || est *om. $D^{A}$* || dimittere: *corr. Quich.* || verg. lib. VII *L $A^{A}$*: lib. georg. III *$B^{A}$*: (*corr. B*) || **32** domu *L ante corr.* (*supra* u *scr.* s) || **32—33** vir primus et honestissimus *codd. Cic.* || **1—3** *cf. 169. 19.*

et (I, 668):

iacteturque odiis Iunonis iniquae.

‖ Iactare, ambitiosius gloriari. Vergilius lib. VI (815):

quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.

item lib. X (322):

ecce Pharo, voces dum iactat inertis.

Lucilius lib. XVIII (XXVIII, 50):

in re agenda ipsa ridicula † id adque adsederet. †

‖ Iactare, iactu mittere. Vergilius Aen. lib. II (478):

et flammas ad culmina iactant.

‖ Iactare, excutere, conmovere. Varro Eumenidibus (132):

tibi núnc sémivirí
teretem comam volantem iactant tibi galli.

INVOLVERE significat volutum superinponere. Vergilius Georg. lib. I (282):

scilicet atque Ossae frondosum involvere Olympum.

‖ Involvere, tegere. Vergilius Aen. lib. II (250):

vertitur interea caelum et ruit oceano nox,
involvens umbra magna terramque polumque
Myrmidonumque dolos.

---

6—7 Iac.—Ancus; 13 Iac. iac. mitt.; 15—21 Iac.—tegere.

---

9 idem *ed. princ.* ‖ IIII ‖ lib. IIII † * * * | Iactare, dicere, proferre * * * *Quich., Mu.* ‖ **11** XXVIII *Mu.* ‖ **12** radigla $L^1$ ‖ id adque $L^1$: id atque *rell.*: iactat atque *Iun.* ‖ (adseret *B*): alia adserit *Mu.* ‖ *fort.* in rĕ agenda | ipsa ridicula idem iactetque (-tatque) adque severet (-rat) ‖ **13** iactu $D^A$ *E*: iacta *L*: iacte $A^A B^A$: iactim *Roth.* ‖ III ‖ **15—16** *cf. 49. 23* ‖ **17** iactamu' galluli *Lachm. Opusc. 57*: (iactabant t. g. *B*) ‖ **20** scil. *om.* $D^A$ ‖ **21—22** *cf. 380. 24* ‖ **21** (III *Gen. ante corr.*) ‖ **22** nox *supra add.* L $A^A$ ‖ **23** populumque $L^2 A^A$ (*non B*).

|| Involvere, inplicare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 9): 'sed quod viderem nomine pacis bellum involutum fore'. || Involutum, occupatum, conprehensum. Varro Sexagesi (486 = Enn. Alex. 48):

"adest fax ínvoluta incéndio."

INTERPRES dicitur obscuri dissertor. Vergilius Aen. lib. III (359):

Troiugena, interpres divûm.

|| Interpres, auctor. Vergilius Aen. lib. IV (608):

tuque harum interpres curarum et conscia Iuno.

INPONERE significat supra ponere. Vergilius Aen. lib. IV (453):

vidit, turicremis cum dona inponeret aris.

|| Inponere, dare. Vergilius Aen. lib. IV (639):

finemque inponere curis.

INTENTVM, sollicitum, suspensum. Vergilius lib. V (137):

intenti expectant signum..

|| Intentum, || extensum. Vergilius lib. V (136):

considunt transtris intentaque brachia remis.

|| Intendere, innectere, inligare. Vergilius Aen. lib. II (236):

et stuppea vincula collo
intendunt.

M. Tullius in Hortensio (31): 'quaero enim non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem'.

---

25—27 Invo.—conprehensum; 29—31 Interp.—auctor; 33 Inp.—pon.; 35—37 Inp.—susp.; 3—8 Int.—similitudo.

---

27—28 *cf. 112. 21* (*s. v.* fax) || 28 incendii *codd. h. l.* || 32 (tuque harum *L ex corr., ut vid.*): tuquearum *L*[1]: tuque earum *A*[A] (*non B*): tuque mearum *B*[A] || 37—38 *cf. 329. 32* || 3—7 *post 330. 2 colloc.* (?) *Mu.* || 6—7 *cf. 383. 25.*

IMAGO dicitur similitudo. Vergilius Aen. lib. II (772):

atque ipsius umbra Creusae
visa mihi ante oculos et nota maior imago.

|| Imago, vagina. Vergilius lib. VII (179):

curvam servans sub imagine falcem.

INCREPAT et INCREPITAT paria sunt, et est aut incusare aut insultare. Vergilius Georg. lib. IV (138):

aestatem increpitans seram.

et lib. X (900):

hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?

et lib. IX (559):

quem Turnus pariter cursu teloque secutus
increpat his victor.

M. Tullius in Hortensio (55): 'tum ψευδομένους et soritam et totam dialecticam aut inludis aut increpas'. || Increpare, sonare. Vergilius lib. VIII (527):

iterum atque iterum fragor increpat ingens.

et lib. IX (503):

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro
increpuit.

INVEHI dicitur vehi. Vergilius lib. V (122):

Centauro invehitur magna.

---

3—8 Int.—similitudo; 11—14 Ima.—Incr. inc. aut ins.; 19—20 Virg. quem—vict.; 23—24 Incr.—ing.; 28 Inv. d. vehi.

---

**11—12** *cf. 388. 3* || **13—14** Increpitat incurvat aut insultat *D*$^A$ || **13** Increpat et increpitat *Gen.*$^3$: Increp . . . et increptitat *E*$^1$: Increpitat *rell.*: Increpare et increpitare *Mu.* || id est *Mu.* || incusare *Gen.*$^3$ *L B*$^A$: incurvare *A*$^A$ (*cf. D*$^A$) || **16—17** *cf. 465. 18* || **20** increpitat *D*$^A$ || **21** tu *ed. princ.*: tun *alii* || pseudomenus: -num *Mu. post Iun.* (*vid. Plasberg. p. 40*) || **22** dialecticam (-leoticam *L*) avi *A*$^A$ *L ut vid.* || **28** verg. georg. lib. V *A*$^A$ (*non B*) || **29** magno: (*corr. B*).

‖ Invehi, adgredi, increpare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. III (fr. 26): 'itaque in eum Pansa vehementer est invectus'.

INTENDERE est sollicite [et] diligenter intueri. Vergilius lib. V (137):

intenti expectant signum.

‖ Intendere, extendere. M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 30): 'tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat'. — et de Senectute (37): 'intentum enim animum, tanquam arcum, habebat ‖ nec languens succumbebat senectuti'.

INMITTERE demittere ad prolixitatem. Lucilius lib. XXX (118):

neque barbam inmiseris istam.

Vergilius Aen. lib. III (593):

respicimus. dira inluvies inmissaque barba.

INDVCERE, fingere, inmittere. M. Tullius de Officiis lib. III (38): 'hinc ille Gyges inducitur a Platone'. ‖ Inducere, persuadere. Lucilius lib. XXIX (77):

Hýmnis, ego animum síc induco, quód tu ab insano aúferas.

‖ Inducere, instituere, confirmare. Lucilius lib. XXVII (51):

aút quod animum indúxit semel et útile omninó putat.

‖ Induci, delectari. Lucilius lib. XXVI (58):

véterem historiam, indúctus studio, scríbis ad amorés tuos.

---

30—32 Inv.—intu.; 34—4 Int.—istam; 7—9 Indu.—pers.; 11—15 Ind.—decipi.

---

31 eam: *corr. Iun.* ‖ pansam: *corr.* $D^A$ ‖ **32** et *add.* $D^A$: *om. rell.* ‖ **32—33** *cf. 328. 37* ‖ **33** intendi $L^1 A^A$ *ut vid.* ‖ **34—35** *cf. 541. 18* ‖ **5—6** *cf. 125. 27; 130. 7; 362. 32; 373. 16* ‖ **7** inm. *secl. Quich.* ‖ **7—8** *cf. 99. 3* ‖ **9—10** XXVIII ighymnis $L A^A$: XXVIII hymnis $B^A$: *corr. Mu.* ‖ **10** eg. sic an. *Mu.* ‖ quod tu (quod $E^1 B$: quod tua *G*) ab: quo tua ab *Mu.* ‖ ins. aut inferas *L* ‖ **11** XXVI $A^A$ ‖ **12** at *Mu.* ‖ ut ille $L B^A$ ‖ putavit $D^A$.

|| Induci est aliquibus fallaciis decipi. Lucilius lib. XXX (120):

quid quaerimus acre
inductum cantu stolidum?

INSVLTARE dicitur insilire. Vergilius Georg. lib. III (117):

insultare solo et gressus glomerare superbos.

|| Insultare, iniuriosius aliquid dicere. Lucilius lib. XXIX (41):

insúlta miserum tú quoque in me!

INTERFICERE, occidere. Lucilius lib. XXIX (91):

príu' non tóllas quam [Tulli] ánimum ex homine ạtque
hóminem ipsum interféceris.

M. Tullius de Officiis lib. II (14): 'ab isdemque quae nocent interficiuntur'. || Interficere, perdere, concremare. Vergilius Georg. lib. IV (330):

fer stabulis inimicum ignem atque interfice messes.

|| Interficere, consumere, finire. Lucilius lib. XXVIII (43):

"píscium magnam átque altilium vim ínterfecisti." —
"haút nego."

INTERPELLARE, adire, conmonere. || Interpellare, dicere, docere. Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 42):

verúm || tu quid agis? ínterpella me, út sciam.

---

11—15 Ind.—decipi; 18—22 Insultare—occidere; 25—29 Interf.—interfecisti; 30 Interp. ad. conm. vel dic.; 1 Lucil. verum—sciam.

---

**15** est etiam al. $D^{\Delta}$ || **16** Argon *Mu.* || **17** cantustotidum $A^{\Delta}$: cantustoditum $L^1$: cantu custoditum $B^{\Delta}$: *corr. Roth.* || **18—19** *cf. 106. 24; 295. 21; 391. 10* || **19** et egressus $A^{\Delta}$ (*non B*) || **21** tu *Passerat.*: te || **23** n. p. | t. *Mu.* || Tulli *secl. Ribb.* (*cf. v. 24*) || ex hom. *Passerat.*: ex nomine || ipsium $A^{\Delta}$ (*non B*) || **24** III || **24—25** a. i. et eae quae *codd. Cic.* || **26—27** *cf. 449. 24* || **29** haut *On.*: ut: at *Mu.* || **31** docere *Mu.*: ducere *L* $A^{\Delta}$ $B^{\Delta}$: *om.* $D^{\Delta}$ || XXVIIII $B^{\Delta}$ || **1** interpellam ut $A^{\Delta}$: interpella ut $D^{\Delta}$ (*cum B*).

331 M.

IRE est ambulare. Vergilius Georg. lib. III (517):

it tristis arator.

|| Ire, accumbere. Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 30):

Chremés in medium, in súmmum ierat Demaénetus.

INSIGNE dicitur magnum vel praestans. Vergilius Aen. lib. I (10):

insignem pietate virum.

|| Insigne, utile, necessarium. Lucilius lib. XXVII (12):

cócu' non curat caúda insignem esse íllam, dum pinguís siet:
síc amici ánimum quaerunt, rém parasiti ac dítias.

INPEDIRE est inplicare, involvere. Vergilius lib. V (592):

haut aliter Teucrûm nati vestigia cursu
inpediunt.

|| Inpedire, sordidare, ad probrum ducere. Plautus Amphitryone (fr. x):

ímmo ego hunc, Thebáni cives, quí domi uxorém meam
ínpudicitia ínpedivit.

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LAEVVM, adversum. Vergilius in Bucolicis (I, 16):

saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset.

---

6—8 Insig.—nec.; 11—14 Imped.—duc.; 15—26 Plaut. qui do.—intestina.

---

4 XXVIIII $B^A$ || 5 ierat *Roth.*: ire ad (iere ad *E*) || 9 claudam *L*: claudus $A^A$: caudam $B^A$: *corr. On.* || insignam $A^A$ (*non B*), *fort. recte* || hillai *Mu. post I. Dousam* || 10 (sic et am. *B*) || am. q. ani. *Duebner.*: ani. q. am. *Mu.* || parasti $A^A$ || ac divitias aut (aut d. aut *B*): *corr. ed. princ.* || *fort.* aut dit. || 11 inpl.] inpublicare *L* || 14 probum $L^1 A^A$ || illicere (?) *Mu.* || 15 (qui)—16 *cf. 456. 18* || 15 inmo $L B^A$: in me $A^A$ || eam $A^A$ || 17 *om.* $A^A$.

‖ Laeva, prospera. Vergilius Georg. lib. IV (6):

siquem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

LAC, sucus maternus quo animalia nutriuntur. Vergilius in Bucolicis (III, 6):

et lac subducitur agnis.

‖ Lactes dicuntur intestina. Titinius Psaltria (90):

. . farticulá, cerebellum, láctes agninás . .

Plautus Curculione (319):

íta, cibi vacívitate, vénio lassis láctibus.

idem Pseudolo (319):

úna opera alligém fugitivum cánem agninis láctibus.

LEGERE, sicut est in consuetudine, significat oculis scripta percurrere. Vergilius in Bucolicis (IV, 26):

at simul heroum laudes et facta parentis
iam legere. ‖

‖ Legere, accedere. Vergilius Georg. lib. II (44):

ades et primi lege litoris oras.

et Aen. lib. XI (632):

inplicuere inter se acies legitque virum vir.

‖ Legere rursum collegere. Titinius Veliterna (154):

hódie hostis fugávit; spolia plácide posteriús leget.

---

15—26 Plaut. qui do.—intest.; 29 Plaut. venio las. lact.; 32—33 Leg.—perc.; 1 Leg. acc.; 4—6 Virg. inplic.—leget.

---

**20—22** *cf. 51. 8* ‖ **24—25** *cf. 399. 22* ‖ **26** *'Ferentinati' fabulae Titinii haec ascribit Priscianus 686* P. ‖ **27** ferticula *L*: craticula (gra.) *codd. Prisc.*: farticulum *Ribb.*: *fort.* -culam ‖ lactes agninas (-na $E^1$ *ut vid. et fort. L ex corr.*): lactis agnina *codd. Prisc.* ‖ **29** tibi ‖ vacuitate (*cum codd. Pl.*): *corr. Camerarius* ‖ laxis *Pius* ‖ **30** item $A^4$ ‖ **31** allicem ‖ fugitivam *codd. Pl.* ‖ agnis ‖ **2** adest p. $L^1 A^4$ ‖ oram *Verg.* ‖ **6** fugabit (?) *Mu.* ‖ eleget $L^1$.

332 M.

Vergilius lib. X (814):

extremaque Lauso
Parcae fila legunt.

et Georg. lib. I (372):

atque omnis navita ponto
humida vela legit.

Caecilius Fallacia (50):

óssiculatim Pármenonem dé via liceát legant.

Varro Vergula Divina (567):

séd pancárpineó cibó coácto
líbaménta legéns cadúca víctus.

|| Legere praeterire Vergilio auctore dicimus, Aen. lib. III (292):

litoraque Epiri legimus.

et lib. V (209):

fractosque legunt in gurgite remos.

|| Legere est navigare, praestringere. Vergilius Aen. lib. II (207):

pars cetera pontum
pone legit.

|| Legere etiam eligere dicitur. Vergilius in Bucolicis (II, 51):

ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

---

11—12 Virg. atque—leg.; 18—27 Leg.—mala.

---

**7—9** *cf. 313. 13* || **13—14** *cf. 147. 24* (*s. v.* ossiculatim) || **14** hosticulatim *L* || parmenon est (ē) *ut vid.* $A^{A}$ || legam *codd. h. l.* || **15—17** *cf. 264. 27* (*s. v.* cogere, mollire, subigere) || **17** veris *Scal.* || **18** praet., praestringere *Mu.* (*cf. ad v. 23*) || **19** sqq. aen. lib. III et lib. V lit. ep. leg. et fract.: *corr. Mu.* || **20** eripi $A^{A}$ (*non B*): erepti $D^{A}$ || **23** natare *L ante corr.* || Leg. est natare (*om.* praestr.) *Mu.* (*cf. ad v. 18*) || **26** d. ut verg. *L.*

Turpilius Epiclero (56):

quam légere te optimum ésset atque aequíssimum,
quacum aétas degenda ét vivendum essét tibi.

M. Tullius de Officiis lib. III (13): 'cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnare diligentius intendentes invenimus'. || Legere subripere significat: unde et sacrilegium dicitur, id est: de sacro furtum. Vergilius in Bucolicis (IX, 21):

nam quae sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Turpilius in Boethuntibus (4):

qui vérba venatúr mea,
postís arscedat ét sermonem hinc súblegat.

Lucilius lib. XXVIII (58):

omnia viscatis manibus leget.

Plautus Aulularia (Vidularia, fr. xx):

séd leno egreditúr foras:
hinc éx occulto sérmonatus súblegam.

|| Legere rursum videre. || *ab* hoc et aquilegi. Vergilius Aen. lib. VI (33):

quin protinus omnia
perlegerent oculis, ni iam praemissus Achates
adforet.

---

33—36 Leg.—nuper; 1 Leg. rursum videre; 3—4 Virg. quin—oculis.

---

29 esset *cod. N. Fabri*: esse: esse ait (?) *Mu.* || 30 vegenda et iubendum (vib.) esse t.: *corr. Canterus* || 32 esse inta (intat $L^1$) l. (esse intellegere $A^A$) || 33 repugnarent *codd. Cic.* (*om.* dil. int. inv.) || repugnare * * * [dil. int. inv.] *Mu.* || 39 pestis: *corr. Scal.*: pestis si *Ribb.* || arsc- *suspectum*: arc- *Lips., Scal.* || hic *L ante corr.* || sublegam: *corr. Lips., Scal.* || 40—41 *cf.* *396. 4* || 42 Vidularia *Guietus* || 44 sermones atus subl. *L* $B^A$: sermone aius subl. $A^A$: *correxi*: sermonem astu *Mu. post Passerat.*: -nem eius *Me.* || *fuerat in archetypo* sermones[atus] || 1 ab *add. Mu.* || *fort.* hinc || 3 potius.

333 M.

et in eodem (754):

longo ordine possent
adversos legere.

LVSTRA dicuntur ferarum habitacula. Vergilius Georg. lib. II (471):

non absunt; illic saltus ac lustra ferarum.

et Aen. lib. III (646):

cum vitam in silvis inter deserta ferarum
lustra domosque traho.

|| Lustra etiam lupanaria dicuntur. Plautus Asinaria (867):

[lustris studet.
idem:]

ís apud scortum córruptelae et líberis lustrís studet.

idem in Casina (242):

"ubi in lustrá iacuisti?" —
"égone in lustra?"

Turpilius Lindia (149):

quíbu' rem rebus déspoliasti, foéde dum in lustrís lates.

Afranius Privigno (241):

uxórem quaerit fírmamentum fámiliae:
sciás abesse ab lústris ingeniúm procul.

Cicero in Philippicis lib. II (6): 'cum omnes inpuritates inpudica in domo cotidie susciperes vino lustrisque confectus'.

---

9—10 Lust.—fer.; 14 Lust.—dic.; 17—19 Plaut. is—iac.; 26—28 Cic. cum—confecta.

---

7 (posset *B*): possit (-set) *codd. Verg.* || **14** in Asin. *E* || **15—16** *seclusi haec ex seqq. vv. praesumpta* || Pl. Asin. (934) cano capite te cuculum hinc uxor ex lustris rapit, item *Mu.* || **17** is *om.* $L B^A$ || et] est *docti ap. Plaut.* || **20** ego enim l. $L^1$ || **22** rem] eum *Mu. post Me.*: senem *Ald.* || foede dum *Me.*: foedum || latet: *corr. Gebhard. Antiq. lect. p. 52* || **25** ab inlustris: *corr. ed. princ.* || **26** -carum *Mu.* || **27** inp. *om.* $A^A$ || susceperis || **28** confecta $D^A$.

LINQVERE est dimittere. Vergilius Aen. lib. III (124):

linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus.

et lib. IX (288):

inque salutatam linquo.

Varro *Ταφῇ Μενίππου* (516):

*Meníppus* ille, nóbilis quondám canis,
hic líquit homines ómnes in terrá pila.

LIMARE, exquirere et delinire, secundum consuetudinem, a lima dictum. Plautus Menaechmis (85):

ánum lima praéterunt.

idem Bacchidibus (fr. XVIII): ||

limacés viri;

quod adterant et consumant. || Limare etiam dicitur coniungere. Plautus Bacchidibus (fr. XVII):

nec a quóquam acciperes álio mercedem ánnuam
nisi áb se nec cum quíquam limarés caput.

idem Schematico (115):

nám pater tuu' númquam cum illa étiam limavít caput.

---

36 Lim.—consuetudinem; 38—1 Plaut. anum—viri; 2—3 Lim.—coniung.; 7 Plaut. nam—caput.

---

29 L. est dim. * * * Linquere, relinquere *Quich., Mu.* 30 liquimus *L* $A^{\Delta}$ || 34 Menippus *add. Guietus*: -pos *Scal.* nobiles: *corr. Iun.* || 35 (hinc $G^2$) || linquat $A^{\Delta}$: linquit $B^{\Delta}$ terrae *Iun., sed vid. Bue.* || *post hunc v. stant 335. 5—9* 36 Limari: *corr. E* || L. sec. cons. exq. et del. (?) *Mu.* 37 a lima *Iun.*: aliam || 38 praetereunt *L* || 4 necum qu. acceperis: ne a qu. acciperes *Me.* || alio $L^1$: salio (*praec.* s) *rell.* || 5 misis $L^1$: missi $B^{\Delta}$ || abesse $B^{\Delta}$ || nec cum (*Gen.*$^1$ $B^1$) *vel* ne cum (*Gen.*$^2$ $B^2$) $A^{\Delta}$ || quicquam *L* $B^{\Delta}$ || 6 Medico *Mu.*: σχηματικῶς, idem *Ritsch. Parerg. 169* || 7 tus $L^1$ $A^{\Delta}$ || illac *Both.* || limabit: *corr. Lips.*

334 M.

Livius Tereo (28):

crédito,
cum íllos † soli mea voluntate númquam limavít caput.

Caecilius Pausimacho (139):

hoc a te póstulo,
ne cúm meo gnato pósthac limassís caput.

Turpilius Leucadia (112):

véritus sum ne amóris causa cum ílla limassít caput.

LIQVIDVM, suave, dulce. Varro Eumenidibus (131):
Phrygiós perússa córnús liquidá canít animá.

|| Liquidum est purum. Vergilius lib. VI (202):

liquidum per aera lapsae.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (452):
húnc vocasset líquida vita in cúriae vestraé faecem.

|| Liquidum est prosperum. Plautus Pseudolo (762):
avi sinistra, auspicio liquido atque ex sententia
cónfidentia ést inimicos meós me posse pérdere.

|| Liquidum rursum significat molle et fluxum. Plautus in Milite (665):
líquidiusculúsque ero quam véntus est favónius.

idem in Casina (378):
quóndam prognatís in sortiéndo sors delíquerit.

---

15—16 Turpil. ver.—dul.; 17—19 Varro liq.—lapsae; 25—26 Liq.—favonius.

---

9 cretico *L* || 10 solim ex $A^A$ (olim ex *B*) || cum illo Filomela ex *Mu.*: cum illo, soror mea,—limavi c. *Me.*: *fort.* cum illoc olim || volutate $A^A$ || 13 eo *L* $B^A$ || limasses: *corr. Bentin.* || 15 limassit $A^A$: -set $D^A$ (*cum B*): -sis *L* $B^A$ || 16—17 *cf.* *233. 17* (*s. v.* anima) || 17 frigus *codd. h. l.* || 19 (liquidumque *B cum Verg.*) || 21 vocasset $A^A$: vocas sed et *L*: vocasse et $B^A$: vocasse ec *Vahlen.* || *fort.* l. a v. || 23 avi] ab || 24 meos me] mens mea || 26 liquidiuscultusque *L* || 28 quandam.

Varro Divinarum Rerum lib. III: 'Lucius Scipio cum aurum factum haberet in cista viminea, fulmine ita est ictus, ut cista esset integra, aurum conliquisset'. — idem de Proprietate Scriptorum: 'quod aes aut quid aliud eius generis fervefactum conliquisset et informe esset infusum'. — Vergilius Aen. lib. I (432):

aut cum liquentia mella
stipant.

Naevius Lycurgo (48):

iam sólis aestu cándor cui liquésceret.

|| Liquerit significat et reliquerit. Accius Stasiastis (605): ||

tum si ibi dé dolore hoc ánima corpus líquerit.

Naevius Belli Poenici lib. I (24):

blande et docte percontat, Aeneas quo pacto
Troiam urbem liquisset.

|| Liqui, defluere. Vergilius Georg. lib. II (187):

huc summis licuntur rupibus amnis.

---

**29** (*om.* rer. $E^1$) || Rer. Div. *Quich.* || lucili (-lis *B*) scip.: *corr. ed. a. 1498* || **29—30** c. a. f. cum h. $A^A$ *L* (?) ($L^2$) || **30** abderet *Mu.* || in hista (cista $P^2$) vicunea $A^A$: in h. ut vinea $LB^A$: *corr. Iun.*: in c. ficulnea *Turneb.* || **31** ut ista $LB^A$: uista $A^A$: *corr. Scal.* || **32** quod aes aut *Lips. Epistol. Quaest. IV, 23*: quod est aut (quod ētanti aut *L*) || **33** fervet factum: *corr. ed. princ.* || in forma esse infusum (infurum $A^A$): informe *Lips.*, esset *ed. princ.*: in formam *v. d. in marg. ed. Iun.* || **37** soli $A^A$ || caldo (?) *Mu.* || cum l. *ed. a. 1480* || **1** tum subidae (sibidae $B^A$) || deloide (loide $A^A$) lore: tum si ibi dol. *On.*: tum subinde levi dol. *Ribb.*: cum tibi de dol. *Turneb. Advers. XXIX, 28*: tum si vitae de dol. *Quich.* || **2—4** *cf. 474. 7* (*s. v.* perconta) || **2** II: *corr. Merula* || **3** aenas (en.): (*corr. B*): Aenea *Fleckeisen.* || **4** liquerit (*cf. v. 1*) *codd. h. l.* (reliquerit $B^A$): reliquisset *codd. 474*: *corr. Merula* || **5—9** *post 333. 35*: *huc traiec. Mu.* || **5** Linquere (Liquere *B*): *corr. Quich.* || defluxere $A^A$ (*non B*) || III *L* || **6** lincuntur $L^1$: linquuntur (-qun-) $B^A$.

335 M.

idem Aen. lib. III (27):

nam quae prima solo ruptis radicibus arbos
vellitur, huic atro licuntur sanguine guttae.

LAVDARE est verbis ecferre. Vergilius (Georg. II, 412):

laudato ingentia rura.

|| Laudare etiam significat nominare. Vergilius Georg. lib. III (5):

aut inlaudati nescit Busiridis aras;

id est: nec nominandi. Plautus Captivis (426):

íd ut scias, Iovém supremum téstem laudo, Hégio.

LVSTRARE, expiare. Vergilius in Bucolicis (V, 74):

et cum sollemnia vota
reddemus Nymphis et cum lustrabimus agros.

Lucilius Satyrarum lib. II (17):

lustratu', piatus.

|| Lustrare, circumspicere. Vergilius Aen. lib. III (651):

omnia conlustrans hanc primo ab litore classem
conspexi venientem.

Cicero Tusculanarum lib. V (65): 'ego autem cum omnia conlustrarem oculis; est enim ad portas Agragianas'. || Lustrare est circumire. Vergilius lib. VIII (231):

lustrat Aventini montem.

---

10 Laud.—efferre; 12—14 Laud.—nom.; 16 Lust. exp.; 17—18 Virg. soll.—agros; 21 Lust. circ.; 24—25 Cic. cum—oc.; 26—27 Lustr.—montem.

---

9 lincuntur $L^1$: linquuntur (-qun-) $B^A$ || 10—11 (est—rura) *om.* $L^1$ || 14 id est] idem *L* || 16 expirare $L^1 A^A$ || 19 V $A^A$ || 21 circumficere $L^1$ || 22 primum ad litora *Verg.* || 24 autem *Cic.*: ducem || 25 Agr. *codd. Cic.*: gaianas (grai. *B*) $A^A B^A$. gafanas $L^1$ || 26 cumire $A^A$ || VIIII *L* $A^A$.

Livius Aegistho (5):

tum lascivum Nerei simum pecus
ludéns ad cantum clássem lustratúr . .

|| **Lustrare**, sequi. Vergilius in Bucolicis (II, 12):

at mecum raucis, tua dum vestigia lustro.

|| **Lustrare**, patefacere. Cicero in Catilinam lib. I (6): 'si lustrantur, si erumpunt omnia? muta iam istam mentem'. — Vergilius Aen. lib. IV (6):

postera Phoebea lustrabat lampade terras.

|| **Lustrari** dicimus et scortari: a **lustris**. Plautus Pseudolo (1107):

lúxantur, lustrántur, comedunt quód habent.

Lucilius lib. XXX (27):

quem sumptum facis in lustris, circum oppida lustrans!

|| **Lustrare**, perspicere, agnoscere. Vergilius lib. VIII (152):

ille os oculosque loquentis
iamdudum || et totum lustrabat lumine corpus.

M. Tullius de Officiis lib. I (57): 'sed cum omnia ratione animoque lustraveris'.

LIMEN locus stadii dictus. Vergilius lib. V (316):

corripiunt spatia audito limenque relinquunt.

|| **Limen**, omnis ingressus. Vergilius Aen. lib. II (453):

limen erat caecaeque fores et pervius usus.

---

37 Lust.— a lust.; 40 Luc. quem — lustrans; 6—7 Lim.— usus.

---

**28—29** *cf. 158. 33* (*s. v.* pecus) || **29** tum autem l. *codd. 158* || nereis simum *codd. h. l.*: rei simum *codd. 158* || **30** gantum $L^{1}$: cantem $A^{A}$: cantu *E* || classem $A^{A}$: -sum $L\,B^{A}$ || classum l. vias *Mu.* || **33** in catilina: *corr. Quich.*: in Catilinariarum *Mu.* || **34** si inlustrantur *codd. Cic.* || **37** Lustrare: (*corr. B*) || scorti *L* || **38** comedant $A^{A}$ || **40** sumptum $D^{A}$ (*cum* $E^{1}$): -tu *rell.* || **41** praespicere $L\,B^{A}$ || **42** os oc.] osculosque *L*: oculosque $A^{A}B^{A}$ || **3** lustraris *codd. Cic.* || **4** locus standi (tandi $A^{A}$, *non B*) datus: *corr. Mu.* || VI || **5** spatio || **6** V $A^{A}$ (*non B*).

336 M.

Varro Vergula Divina (568):

ád quos cúm volucrís venít putíllos
úsque ad límina † nitida vilis.

|| Limen non solum quod sub pedibus est dicitur, sed etiam quod superius est ingressu. Novius Macco Exule (49):

límen superum, quód mei misero saépe confregít caput;
ínferum autem, úbi ego omnis dígitos diffregí meos.

LEVARE, solvere. Vergilius Aen. lib. II (146):

atque arta levari
vincla iubet Priamus.

|| Levare significat sustinere vel erigere. Vergilius Aen. lib. I (145):

levat ipse tridenti.

|| Levare rursum relevare. Cicero Tusculanarum lib. V (121): 'alia nulla potuit inveniri levatio'. — Vergilius in Bucolicis (IX, 65):

ego hoc te fasce levabo.

M. Tullius Epistularum ad Caesarem (I, 12): 'iam amplitudinem gloriamque tuam magno mihi ornamento esse et fore existimo; quî me levas cura'. — Pacuvius Periboea (306):

---

11—17 Lim.—iub.; 20—22 Lev.—levabo.

---

**8—10** *cf. 529. 8* (*s. v.* vilis, pro frequenti) || **9** volucribus *L* || venit *codd. 529*: vent $A^{A}$: venti *L* $B^{A}$ || putillos *Bue.*: ut illos *codd. h. l.*: apud illos *codd. 529* || **10** nitida (-ta *Gen.*[1]) bilis *codd. h. l.*: nidica vilis *codd. 529*: niduli *Mu.*, esca v. *Scal.*: nidi amica v. *Bue.*: *fort.* nidi Educa (-di-) v. || **12** ingressus *L* $B^{A}$ || nevius $D^{A}$ (*cum B*) || **13** mihi $D^{A}$ || mise $A^{A}$: *om.* $D^{A}$ || **14** defregi: *corr. Mu.* || **15. 18** Lavare $L^{1}$ $A^{A}$ || **15—17** *cf. 350. 24* || **17** primus (*corr. E*) *codd. utrobique* || **18** Lavare $L^{1}$ || eligere *L* $A^{A}$ || **21—22** *cf. 312. 23* || **22** te hoc $D^{A}$ || **23—24** lib. I, iam a. *Quich.*: I, a. *Mu.* || **25** esset fore existimo (esset porrexisti *corr.* esset fore existi [*sic*] *L*): *corr. Me.*: et esse et f. e. *Gerlach.* || quid: *corr. Mu.*: quin *On.* || **25—26** *cf. 471. 4; 472. 19* (*s. v* moderant).

neque túum te ingenium móderat neque fratérnum ira
exiliúm levat?

Varro Vergula Divina (566):

quós non lácte novó leváta páscat.

|| Levare etiam minuere. Accius Meleagro (456):

cave lássitudo pópulitum cursúm levet.

idem Nyctegresia (492):

íllos suapte indúxit virtus: tú laudem illorúm levas?

Varro περὶ ἐξαγωγῆς (405):

quemnám te ésse dícám, ferá quí manú córporís férvidós
fóntium áperís lacús sánguinís téque vítá
levás férreo énsí? ||

Vergilius Georg. lib. II (400):

omne levandum
fronde nemus.

Turpilius Demetrio (19):

. . nunc me ex aliórum ingeniis iúdicat,
intércapedo quórum amicitiás levat.

Varro Quinquatribus (440):

absíntium utí
bibám gravem ét cástoreúm
levémque róbur.

LAVTVM significat lotum. Terentius in Phormione (339):

téne asymbolúm venire unctum átque lautum e bálneis?

---

11 Laut. s. lot.; 12—13 Ter. venire—mundum.

---

26 n. tunc te ing. moderant *codd. h. l.* || 28 lacte *Scal.*: iacta (iagta $L^1$) || 30 poplit (*sic*): poplitum (*ed. princ.*) tuum *Ribb.* || 32 illo suate $L^1 A^A$: illo suapte $B^A$: *corr. ed. princ.* || 34 feram: *corr. Hermann.* || 35 lacu s. $A^A$ (*non B*) || eonsi $L^1$ || 2 omnem $L A^A$ || 3 fr. n.] prodimus || 5 num *Mu.* || 7—10 *cf. 190. 27* (*s. v.* absintium, masc.); *314. 15* (*s. v.* grave, amarum) || 12 et aenea sembolum $A^A$ || v. tunc unctum $L B^A$.

387 M.

|| Lautum, mundum. Lucilius lib. XXVI (83):

málisne esse? laútum e mensa, púere, capturú's cibum?

|| Lautum, abundans, conpetens. Varro Gerontodidascalo (194): 'vilico quod † hanc satis si vix putant lautum'. || Lautum etiam inquinatum vel maculatum. Vergilius Georg. lib. III (221):

lavit ater vulnera sanguis.

Accius Stasiastis vel Tropaeo (606):

vulnére taetro defórmatum,
suo síbi lautum sanguíne tepido.

|| Lautum, elegans, suave. Terentius in Eunucho (427):

. . facete, lépide, laute! níhil supra!

Afranius Vopisco (366):

équidem te numquám mihi
parasítum, verum amícum, aequalem atque hóspitem
cotídianum et laútum convivám domi.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 17): 'Romam ut ex Sicilia redii, comites istius atque amici, homines lauti et urbani'. — et in Hortensio (43): 'quae est igitur philosophia, Socrate? nec dubito quin, quaecum-

---

12—13 Ter. venire—mund.; 15 ab. vel comp.; 17—23 Laut.—supra; 28—30 M. Tull. Rom.—urbani.

---

**13—14** *cf. 254. 8* (*s. v.* capere, accipere) || **14** malis necesse est *codd. h. l.*: malis necesse *codd. 254*: *correxi* || pure **16** uili eo $L^1$ || hanc] nunc *Vahlen.*: *fort.* habeant (hāNt) si] sibi *Vahlen.*: sit (?) *Mu.* || **17—18** *cf. 466. 20; 503. 36* **17** IIII $L A^A$ || **19** Tropaeo Liberi (?) *Mu.* || **21** suo sibi *om.* $D^A$ || **23** facite $L^1 A^A$ || **24—27** *cf. 235. 21* (*s. v.* aequales) || **25** eaquidem $L^1$ || nuncquam $A^A$ || **26** parasti tum $L^1 A^A$ || **27** et laut. et c. $L B^A$ || convivam *ed. a. 1476*: convivium *codd. utrobique* || **28** roma || **29** siciliam $L$ || red., cum iste atque istius amici *Cic.* || **30** in *supra add.* $L$ || **31** quin *Me.*: quid.

que sit, lautitiam ac victum elegantem magnifice neque minus quam deceret colere instituisset'.

LENTVM significat tardum. M. Tullius de Republica lib. V (10): 'Marcellus ut acer et pugnax, Maximus ut consideratus et lentus'. — et in Hortensio (22): 'hunc Crassum, qui lentius, ut scitis, dicere solebat, || ad imitationem quasi nostri generis contendisse'. || Lentum, securum, otiosum. Vergilius in Bucolicis (I, 4):

nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in umbra.

|| Lentum, flexuosum. Vergilius in Bucolicis (V, 16):

lenta salix quantum pallenti cedit olivae.

idem Georg. lib. I (265):

atque Amerina parant lentae retinacula viti.

|| Lentum, patiens, placidum. M. Tullius in Hortensio (86): 'qui cum publicas iniurias lente tulisset, suam non tulit'. || Lentum, facile. Lucilius Satyrarum lib. XI (16):

*Luciu'* Cotta senex, Crassi pater huiu' Paceni,
magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli
lentus.

|| Lentum, tenax. Plautus Menaechmis (94):

lenta víncla sunt escária.

---

33 Lent. s. tard.; 35—36 M. Tull. hunc—solebat; 1—5 Lent.—olivae; 8—9 Lent.—tulissent; 14 Lent. tenax.

---

32 lautitiam *On.*: lautim *L* $A^A$: lautum $B^A$: vestitum lautum *Me.* || victim $A^A$: vihictum *L*: *corr.* $B^A$ || minas $L^1$ || colebre $L^1$ || instituissent $B^A$ *L ante corr.* || 34 uttaceret p.: *corr. Canterus* || 35 et l. *ed. a. 1476*: ut l. || idem in *Mu.* tunc *corr.* hunc *L* || 36 sitis $L^1$ (*cum B E*) || 1 nostro $L^1$ || 2 s. mollosum $L^1$ || 5 caecidit (cec-) $L^1$ $A^A$ || 7 lenta $B^A$ || 9 tulissent *L* $A^A$ $D^A$ || non] m̄ (*i. e.* Marcus) $A^A$ *L ex. corr. ut vid.* || 10—13 *cf. 22. 30* (*s. v.* tricones) || 11 Lucius *om. codd. h. l.* || pacem (paceni $H^3$) *codd. h. l.*: paceni *codd. 22*: Paconi *Nettl.*: panaethi *Mu. post Iun.* || 12 m. tr. f. *codd. h. l.* || troico $A^A$: treico *Mu.* || 14—15 *cf. 108. 21* || 15 nimis l. *codd. Pl.* || vincta *codd. h. l.* || scaria *codd. utrobique.*

Vergilius Georg. lib. IV (41):

et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae.

|| Lentum, frigidum. Vergilius Georg. lib. I (289):

nocte leves melius stipulae, nocte arida prata
tondentur, noctis lentus non deficit umor.

Cicero de Oratore lib. II (190): 'neque enim est facile perficere ut irascatur ei, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lente ferre videare'.

LANGVOR est torpor et inertia. M. Tullius de Officiis lib. I (123): 'nihil autem magis cavendum est senectuti quam ne languori se desidiaeque dedat'. || Languor, defectio et dissolutio. Vergilius lib. IX (435):

purpureus veluti cum flos suscisus aratro
languescit moriens.

idem lib. XI (68):

qualem virgineo demessum pollice florem
seu mollis violae seu languentis hyacinthi.

LONGVM est per planum porrectum. Vergilius || Georg. lib. III (54):

tunc longo nullus lateri modus.

|| Longum, altum, erectum. Vergilius Aen. lib. IX (229):

stant longis innixi hastis et scuta tenentes.

|| Longum, diuturnum, perseverans. Vergilius Aen. lib. III (487):

et longum Andromachae testantur amorem.

---

17—18 Virg. et vis.—frigidum; 20 Virg. noct.—hum.; 23—26 Lang.—diss.; 1 Long.—porr.; 3—6 Long.—amorem.

---

18 Verg. *om.* $L A^A$ || 19 necte l. $A^A$: ne et l. $L^1$ || 22 *post hunc v. stant 341. 17—18* || 23—31 *fort. post 340. 5 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p.* 73) || 25 dat $L^1 A^A$ || 29 X $A^A$ || 31 moles $L^1 A^A$: molles $B^A$: (*corr.* *B*) || facinti $L^1 A^A$ || 4 adnixi *codd. Verg.* || 6 testentur *Verg.*

|| **Longum**, saevum, perniciosum. Vergilius Aen. lib. I (749):
infelix Dido, longumque bibebat amorem.

|| **Longe**, etiam valde. Vergilius Aen. lib. V (406):
ante omnis stupet ipse Dares longeque recusat.

M. Tullius in Verrem, [de praetura] Siciliensi (II, II, 53): 'hic longe primus civitatis est Epicrates'. — et de Officiis lib. I (69): 'in his et nobilissimi philosophi, longe principes'. — Lucilius lib. XXIX (15):

cum víderim in vitá mea
ἐπίτευγμα Apelli lónge opera ante alia ómnia.

Sisenna Historiarum lib. IV (109): 'egregias et longe praestantis ac timendas adversariorum opes esse'.

Terentius in Adelphis (65):
et érrat longe, meá quidem senténtia.

|| **Longe** etiam significat aut temporis prolixitatem, ut Vergilius Georg. lib. II (80):

nec longum tempus, et ingens
exît ad caelum ramis felicibus arbos;

aut spatii aestimationem; ut M. Tullius in Clodium et Curionem (25): 'credo, postquam tibi speculum adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti'. — Vergilius lib. XII (52):

longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
feminea tegat.

---

9—10 Long. val. significat—recusat; 13 M. Tullius in his—princ.; 19 Long.—prolix.; 23 aut sp. aestimationem.

---

9 L. est eti. $L^1$ || 11 de pr. *om.* $L A^A$ || 12 hi l. $L^1$: huius l. *codd. Cic.* || 13 longeque *codd. Cic.* || 14 cui ubi deriminutia (uita) meae $L B^A$: cui derim in vita meae (mea $H^1$) $A^A$: *corr. Quich.* || 15 epitegma $L B^A$: epitagma $A^A$: *corr. Iun.* || apepelli $L B^A$: appelli (*Gen.*) *vel* apelli (*B*) $A^A$ || 17 ac tumendas *L*: aestumandas *Mu.*: ac metuendas *Pius* || opus $A^A$ || 18 erat || 22 *cf. 302. 4* || 23 sp. extentionem *Mu.* || 23—25 *cf. 434. 17* (*s. v.* speculum) || 24 sed credo *codd. 434* || 25 te $H^3 E$ (*cum codd. 434*): et $L B^A$: et (*Gen.*$^1$) *vel* ut (*Gen.*$^3$ *B*) $A^A$ || abesses $A^A$.

LVXORIA est contra pudorem et supra modum profusio. M. Tullius de Officiis lib. I (106): 'intellegimus quam sit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter vivere'. || Luxuria, intempestiva abundantia. Vergilius Georg. lib. I (112):

luxuriem segetum tenera depascit in herba.

M. Tullius de Oratore lib. II (96): || 'ei omnis luxuries [eium] stilo depascenda'. — Vergilius Georg. lib. I (191):

at si luxuria foliorum exuberat umbra.

Cicero in Oratore (81): 'gemmare vites, sitire agros, laetas segetes, luxoriosa frumenta'.

LAXVM, liberum et remissum. Vergilius Aen. lib. I (63):

et premere et laxas sciret dare iussus habenas.

idem Georg. lib. II (363):

et cum se laetus ad auras
palmes agit, laxis per purum inmissus habenis.

|| Laxum, non angustum, sed spatii maioris. Vergilius Georg. lib. III (166):

et primum laxos tenui de vimine circlos
cervici subnecte.

M. Tullius de Officiis lib. I (139): 'et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis'.

---

28 Lux.—profusio; 31—32 Luxuria—herba; 4—6 Cic. gemm.—rem.; 9—14 Virg. cum—subnecte.

---

28 est incontra *L* || 29 intellegemus *Cic.* || 30 set t. $L^1$: se t. $A^A B^A$: *corr.* $H^3$ (*cum B*) || et de. *codd. Cic.* || 1 I || 1—2 ei omnes (-nis) luxuriae seium (segetum *B*) st. dep.: *corr. Mu.*: inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est *Cic.* || *fort.* l. enim || 3 ac si $L^1 A^A$ || filiorum $L^1 A^A$ || 5 l. esse se. *codd. Cic.* || 6—7 *cf. 365. 14* || 9 et dum *Verg.* || auras *L*: aures $A^A$ || 13 ac *Verg.* || 14 cervice $L A^A D^A$ || 15—16 *cf. 132. 24* || 16 modi] generis *codd. Cic.*

LOCANDI significatio manifesta est, ut aut operis locandi aut fundi. M. Tullius Epistola ad Caesarem lib. II (8): 'vel quod locatio ipsa pretiosa'. — idem in Verrem, in Frumentaria (II, III, 55): 'Xenonis Meneni, nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus'. || Locare, constituere. Vergilius Aen. lib. I (427):

hinc alta theatri
fundamenta locant alii.

Lucilius lib. XXX (11):

haec virtuti' tuae † artis monumenta locantur.

|| Locare, marito dare. Plautus in Aulularia (191):

vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem.

|| Locare, parare. Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 117):

haec tum conventus tela insidiasque locavi.

LAETVM, hilarum, sicuti consuetudine. Vergilius Georg. lib. I (423):

et laetae pecudes et ovantes gutture corvi.

|| Laetum, ferax. Vergilius Georg. lib. I (102):

laetus ager. nullo tantum se Mysia cultu
iactat.

|| Laetum, pingue. Vergilius Georg. lib. II (520):

glande sues laeti redeunt.

---

17—21 Loc.—constituere; 23 Virg. fund. l. alii; 26—27 Loc.—inloc.; 30—33 Laet.—ager.

---

**17** ut [aut] op. *Mu.* || **19** v. collocatio *D*$^{A}$ || **20** Frum. (*del.* in) *Quich.* || ac (*praec.* a) senonis *L* (*pro* csenonis) || **22** hunc *A*$^{A}$ (hic *B*, *cum Verg.*) || **25** virt. haec: *corr. Corpet.* || t. chartis *Lachm.*: *fort.* tuai artis || **26—27** *cf. 45. 13* || **28—29** *cf. 271. 21* (*s. v.* convenire, interpellare) || **28** XXVIIII *codd. 271* || **29** hic *I. Dousa* || insidiaeque *codd. h. l.*: -diisque *codd. 271* || locari *I. Dousa* || **30** sicuti *om. L* || **35** pinguem *L A*$^{A}$ || Georg. *om. L A*$^{A}$.

|| Laetum, gratia plenum. Vergilius Aen. lib. I (590):

lumenque iuventae ||
purpureum et laetos oculis afflarat honores.

|| Laetum, plenum, distentum. Vergilius Georg. lib. III (310):

laeta magis pressis manabunt ubera mammis.

LASSVM dicitur fatigatum. Lucilius lib. XXX (80):

leonem
aegrotum ac lassum.

|| Lassum, marcens, gravatum. Vergilius lib. IX (436):

lassove papavera collo
demisere caput.

LOCVS significationis manifestae est, ut Vergilius Aen. lib. III (414):

haec loca vi quondam.

et (393):

hic locus urbis erit.

|| Locus, genus, nobilitas, dignitas. Accius Eurysace (341):

. . atque, ut vidés, non tenui dé loco.

Sallustius in Catilina (23, 1): 'natus haut obscuro loco'. || Locum decus significare vult Accius Diomede (272):

non génu' virum ornat: géneri vir fortís loco.

---

37 Laet. gr. pl.; 2—4 Laet.—fatig.; 7—10 Lass.—est; 14 Loc. etiam g. n. vel d.; 15—16 Accius non—obsc. loco.

---

**37—1** *cf. 320. 5* || **2** plenum $LB^A$: lentum $A^A D^A$ || **8** lassove $E^1$: lassave *rell.* || **9** dim. || **10** L. in significatione manifesta est $E^1$ (*cum Gen.*[5]) || manifesta est (-taē) $L$ || VI $A^A$ || **10—11** *cf. 377. 7* || **15** vide: *corr. Ald.* || n. t. natus de l. (?) *Mu.* || **16** *cf. 310. 5* || **17—18** *post 338. 22: huc traiec. Quich.* || **18** generis *Me.* || forti (fonti $A^A$): *corr. Iun.*

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MACTARE, praecipitare. Accius Antenoridis (125):

qui aút illorum cópias
fúndam in campo aut návis uram aut cástra mactabo ín mare.

|| Mactare, honorare. Accius Didascalicon lib. I (4):

sapiéntiaéque invíctaé
grátia átque honóri' pátera Néstorém mactávít
aúreá.

|| Mactare est inmolare. Vergilius Georg. lib. IV (546):

et nigram mactabis ovem lucumque revises.

Lucretius lib. III (52):

et nigras mactant pecudes et manibu' divis.

Accius Erigona (52):

quód utinam me suís arquitenens télis mactassét dea!

Varro de Vita Pop. Rom. lib. I: 'quod calendis Iuniis et publice et privatim fabatam pultem dis mactant'. || Mactare est magis augere. Vergilius lib. IX (641):

macte nova virtute, puer.

Cicero Tusculanarum lib. I (40): 'macte virtute'.

Accius Neoptolemo (473):

ita, ut dixi, mácte his armis, mácte virtuteí patris.

---

20 Mact. praec.; 21—22 Accius aut il.—mare; 27—28 Mact.—ovem; 33—36 Varro quod—puer; 39 Acc. macte—patris.

---

**19** *om.* $A^A$ || **21** qui *om.* $D^A$ || copios $A^A$ || **22** uramavi c. *L* || castram iactabo (?) *Mu.* || **23** -co || **25** pater honesto rem: *corr. Turnebus* || **28** ovem] olim $A^A$ (*non B*) || locumque $A^A$ || revisens $L^1 A^A$ || **29** V || **30** nigra: *corr. E* (*cum B*) || magnibus $A^A$: agnibus $L\ B^A$ || **32** -nes || **33** *vel* quot || **34** d. mactat: *corr. Me.* || **39** ac. optolempota $A^A$ (*cum* $E^1$): ac. opeolempota $L\ B^A$: *corr. Iun.* || uti *Voss.* || eia u. d. *Quich.*: tun, Ulixe? *Mu.* || armis $A^A D^A$: armique $L^1$: armisque $B^A$ || virtutem (-te $D^A$).

Lucilius Satyrarum lib. V (1):

macte, inquam, virtute simulque his versibus esto.

Turpilius ‖ Boethuntibus (7):

mácte virtute ésto.

Pacuvius Duloreste (146):

macte ésto virtute óperaque! omenque ádprobo.

M. Tullius de Republica (I, 67): 'ferunt laudibus, mactant honoribus'. ‖ **Mactare** malo adficere significat.

Plautus Amphitryone (fr. I):

at ego certo cruce
et † cruciatum mactabo, [exuo] mastigia.

idem in Aulularia (535):

dotátae mactant ét malo et damnó viros.

Novius Gallinaria (39):

mácto te hisce [verg.] verbénis: macta tú illanc infortúnio!

Pomponius Praecone Posteriore (137):

át te di omnes cúm consilio, cálve, mactassínt malo!

Accius Epigonis (305):

maneás, adsis?
an te éxilio mactém Pelopis
ex térris?

---

**41** his *Serv. Danielis ad Aen. IX, 641*: hic ‖ esto *om. cod. Serv.* ‖ **4** asprobo: *corr. ed. princ.* ‖ operaque omen approba *Delrius* ‖ **5** et m. *cod. Cic.* ‖ **6** molo (*Gen.*[1]) *vel* modo (*Gen.*[2] *B*) $A^A$ ‖ **7** e. te cert. *Pylades* ‖ **8** eccruciatum (*immo* excr.) multum mact. *Mu.*: *fort.* et cruciatu tum mact. ‖ mactavo $A^A$ (*non B*) ‖ exuo *om.* $A^A$ (*cum E*[1]): exito *Mu.*: *fort.* ex animo (aīo) ‖ át ego te cruce ét cruciatu máctabo, mastígia *Ussing.* ‖ **10** dodate $A^A$ (*cum G*) ‖ mactantem malo *L* $B^A$ ‖ **12** teisce *L* (*cum G*) ‖ vērg. (uirgl.) (*i. e.* Vergilius) *L* $B^A$: vergulis *Mu.*: *om.* $A^A$ ‖ *anticipaverat scriba* verb(enis) ‖ illam: *corr. Both.* ‖ infortuito *L* (t *alt. supra scr.*) (-tuno *E*) ‖ **14** ad tedium o. *L*[1] ‖ **15** epigono ‖ **16—18** m. adhis a. t. e. macte p. externis: *correxi* ‖ maneas, adsis (*Mu.*) aútem (*Both.*), exilio mácte ex terris Pélopiis? *Ribb.* ‖ maneas ad Glisantem *Bergk.* ‖ maneas Argis, aǹ te e. mactem *Bue.* ‖ ex terminis *Scal.* ‖ Pelopiis | ex térris *Voss.*

[et] Ennius Telepho (288):

qui illúm di deaeque mágno mactassínt malo!

Afranius Privigno (264):

"*á*, a, fulica, béne peristi." — "dí te mactassínt malo!"

MODICVM in consuetudine pausillum volumus significare; m o d i c u m veteres moderatum et cum modo dici volunt. Plautus in Bacchidibus (fr. IV):

quíbus ingenium in ánimo utibile est, módicum et sine
vernílitate.

idem Persa (346):

modice ét modeste est mélius vitam vívere.

et in Milite (1190; cf. 1422):

modicé sapis.

Ennius Hecuba (175):

quaé tibi in concubió verecunde ét modice morém gerit.

Accius Bacchis (239):

ágite módicó gradú; iácite thýrsús levís!

Turpilius Demiurgo (37):

ergo édepol docta díco: quae muliér volet
sibí suom amicum esse índulgentem et díutinum,
modice átque parce eius sérviat cupídines.

---

23—24 Mod.—volunt; 28—32 Plaut. modice—gerit.

---

22 a, a *Mu.*: a || pene: *corr. Ribb.*[1] || mactis sint $A^A$ || 23 in *del.* (?) *Mu.* || volimus $L\,A^A$: videmus *Mu.* (solemus *esset propius*) || 24 (modicum *om. B*) || commodo $A^A$: commodum $L\,D^A$ (*cum B*) || 26 ingenium *Charisius 184*: ignes || ubile $A^A$ (utile *B*) || utibile et modicum est *Charis., qui om. seq.* || 27 i. in P. (?) *Mu.* || 28 modeste meliust v. *codd. Pl.* || 30 modice] multimodis *codd. Plaut.* || 32 in cubio $A^A\,D^A$ || 34 iacet et nisus: *corr. Mu.*: iacite thyasos *Palmerius* || 37 suum amicum *Acidalius*: summa (-am $L\,B^A$) amicam || 38 cupidini *Iun.*

M. Tullius de Republica lib. II (41): 'statu esse optume constitutam rempublicam, quae ex tribus generibus illis, regali et optumati et populari, confusa modice nec puniendo inritet animum inmanem ac ferum'. — Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης (172): 'sapiens || et bonum ferre potest modice et malum fortiter aut leviter'. — idem Tithono, περὶ γήρως (548): 'risi multum, lusi modice [iambis]'. — Sallustius in Iugurtino Bello (63, 2): 'animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor'.

MITIS est tranquillus et lenis. Vergilius lib. VIII (88):

mitis ut in morem stagni placidaeque paludis.

Lucilius lib. XXX (71):

est illud quoque mite malum, blandum atque dolosum.

M. Tullius in Hortensio (25): 'aut Theopompo acrius aut Ephoro mitius inveniri potest'. || Mitis est maturus. Plautus in Milite (1424):

mítis sum equidem fústibus.

Vergilius in Bucolicis (I, 80):

sunt nobis mitia poma.

Turpilius Lindia (147):

miseró mihi mitigábat sandalió caput.

---

1—2 Varro sap.—fort.; 5—6 Sall. anim.—len.; 11—12 Mit. mat.; 15 Virg. sunt—poma.

---

39 statua e. *L ante corr.*: statue e. *L ex corr.* $B^A$: statuo e. *Iun.* || 40 optumo *Bentin.* || 42 punienda: *corr. Bentin.* || inmanum $L^1 A^A$ || humanum ac f. reddat (?) *Mu.*: inmanemque ac f. r. *Moser.* || 3—4 rísi m., lúsi m. iámbis *Vahlen.* || 4 iambis *Oehler.*: ambis $L B^A$: ambust (*post* Sall.) $A^A$: *fort. nihil nisi* Sallust. *prave script.* || 6 VIIII $A^A$ (*non B*) || 9 est *I. Dousa*: et || 10—11 (a. T. a.) *cf. 241. 11* (*s. v.* acre) || 11 aut Ephoro *Victorius*: aut eoforo $A^A$: aut teoforo $L B^A$ || 12 mollis mat. *Mu.* || 13 mitissime quidem (mitt- *L cum G*) || 14—15 *cf. 346. 31* || 15 bona $A^A$ (*non B*)

Pacuvius Duloreste (142):

néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere.

M. Tullius de Republica lib. IV (1): 'cumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme *ad conservandas contraxerit, vere* ad conficiendas relaxarit, aestiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit'. — Afranius Divortio (67):

immo ílli mitem fáxo faciant fústibus.

item M. Tullius de Senectute (28): 'facitque persaepe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio'.

MATER est quae quodvis animal partu edit. Vergilius Georg. lib. IV (321):

mater, Cyrene mater.

|| Matrem veteres etiam nutricem dici volunt. Plautus Menaechmis (19):

ita fórma simili púeri, ut matér sua
non ínternosse pósset, quae mammám dabat,
neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat.

Vergilius [Aen.] lib. VIII (632):

et lambere matrem
inpavidos;

id est nutricem. ||

---

27 Mat.—edit; 30 Mat.—vol.; 35—2 Virg. et—meram.

---

**18—19** *cf. 115. 11* (*s. v.* grandire) || **21** terra se ad *Quich.* || hic me $A^A$ || **21—22** a. c. c. v. *add. Quich.* || **22** conf. *Patricius*: concipiendas || aest. *Patric. post Iun.*: a fistula || **23** aliam m.: *corr. E* (*cum B*) || **24** i. illi mitem *Gen.*$^3$ *E*: i. limitem *L*: i. illi molitem $A^A$: i. illi limitem $B^A$ || paxo *L* $A^A$ || **25—26** *post 11* (potest) *colloc. Quich.* || **25** item *secl. Mu.* || **26** audientia *L* $B^A$ || diserti *Gen.*$^3$: dissertis *rell.* || senis *Gen.*$^3$: sermonis $L^1$: sermonibus $B^A$ $A^A$ || compta *Gen.*$^3$: *om.* *L* $B^A$: coacta $A^A$: cocta *E* || **30** etiam vet. $D^A$ || nutrici vocant $L^1$ || **30—33** *cf. 423. 23* || **30—31** M. ita] menecmista $A^A$ || **31** uti *Camerarius ad Plaut.* || **32** potest $A^A$ || **34—36** *cf. 423. 21* || **34** Aen. *om.* $L^1$ (*cum B*) || **37** idem n. *L*.

344 M.

MERVM est solum. Terentius in Phormione (146):

..... níhil habet nisi spém meram.

Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας* (552):

ac líberos paráre cui necésse sit?
non ést merum; nec tu édepol quid simulás tuis.

Plautus in Asinaria (155):

aúrum atque argentúm merum est.
fíxus hic apút nos animus túus clavo Cupídinis.

Varro Sesqueulixe (469): 'Diogenem postea pallium solum habuisse; et habere Vlixem meram tunicam; pilleum ideo non habere'. || Merum, sincerum. Pomponius Piscatoribus (120):

nescíoquid non est hóc merum, quod hic plórat.

Varro Marcipore (286):

eódem coniecísse mera mirácula
nescíoqua.

idem Eumenidibus (137):

tu nón insanis, quód tibi vino córpus corrumpís mero?

Cicero de Oratore lib. II (94): 'ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius e ludo, tamquam ex equo Troiano, meri principes exierunt'.

MERET, meretur. Vergilius lib. X (492):

qualem meruit Pallanta remitto.

---

35—2 Virg. et—mer.; 9—11 Varro Diog.—non habere; 11 Mer. sinc.; 17 idem tu—mero; 21 Mer. meretur.

---

2 immo, nihil nisi s. m. *Ter.* || 4 at *Mu.*: *fort. delend.* (*praec.* -*ας*) || quî (?) *Mu. in append.* || 5 *fort.* nómen e. (noménst) m. (*vix* non mérum non e.) || qui id s. cupis *Mu.* || 8 f. h. a. nos est a. *codd. Pl.* || fixust *Saupp. Epist. Crit. 65* || his caput nos *L* || n. est an. *codd. Pl.* || 10 *post hunc v. stant vv. 16—17* || 12 hic *secl. Mu.* || 16—17 *post 10* (hab.): *huc traiec. Mu.* || 17 quod $E^1$ (*cum B*): quo *rell.*: quom *Bue.*: quod ibi *Havet.*

et lib. IV (317):

si bene quid de te merui.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 22): 'quem perisse ita de re publica merentem consulem doleo'. Lucilius lib. XXX (121):

publicitus lege ut mereas praesto est tibi quaestor.

Varro Eumenidibus (157): 'quia plus, inquit, merere debet in quo est virtus'. — Vergilius lib. V (801):

merui quoque. saepe furores
conpressi.

|| Maeret rursus dolet. Vergilius Aen. lib. IV (82):

sola domo maeret vacua.

|| Meret, militat. Lucilius Satyrarum lib. XV (26):

dum miles Hibera
terrast atque meret ter sex, aetate quasi, annos.

idem lib. XI (8):

annos hic terra iam plures miles Hibera
nobiscum meret.

|| Varro de Vita Pop. Rom. lib. III: 'qui in exercitu donati || essent et equo publico mererent'. || Meret,

---

24 Virg. si — mer.; 32—33 Mer. dol. — vac.; 1—2 Mer. — capit.

---

**24** si bene *E*: sibe $L^1$: sibi $A^A$: si $B^A D^A$ (*cum B*) || **25** Tullius *om.* $A^A$ *L ante corr.* || **26** peperisse *L* || **26** (Luc.) — **27** *ante v. 40 collocat Mu.* || **27** publicitus *Mu.*: publica || **29** (Verg.) — **31** *post v. 39: huc traiec. Quich.*: *fort. secludend.* || **30** meruit $L^1 A^A$ || est (ē) s. (*Gen.*$^1$) *vel* s. (*om.* est) (*Gen.*$^2$ *B*) $A^A$: et s. $L B^A$ || **32** — **33** *fort. secludend.* || **32** Mer. || **33** mer. || **35** habera $A^A$ || **36** terras ac m.: *corr. Lachm.* || mere $A^A$ (*non B*) || ter sex *Iun. in marg.*: tersa (terse $L^1$) ex || anneis *Mu.* || **38** hic terra iam *Palmerius*: hic errat tam (erat *E ante corr.*) $B^A$ (*cum E*): incerrat tam $A^A$: hic erarat tam $L^1$ || hiberna: *corr. Palmerius* || **39** *post hunc v. stant 29* (Verg.) — *31* || **40** quin e. $L B^A$ (= *G*) || excitu $A^A$ || **1** donis don. *Mu.*

345 M.

humillimum et sordidissimum quaestum capit (Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'qui in ordine erat, is aes militare merebat') et ob mercedem laborem vel infamiam corporis locat. — Lucilius lib. I (36):

et mercedimerae legiones.

Varro Agathone (14): 'Duloreste, qui «merita † hominem et servum facit»'.

unde et mercennarii et meretrices dicuntur. — idem Eumenidibus (158): 'primum iste, qui meret sestertios vicenos'.

MEDICAMENTVM est quo homines vel animalia cetera curantur. M. Tullius de Officiis lib. III (92): 'siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem'. || Medicamentum rursum venenum, ut graece φάρμακον, vel producta eius verbi prima syllaba, quod apud Medos venefici sint plurimi secundum Vergilius Georg. lib. II (126):

Media fert tristis sucos tardumque saporem
felicis mali.

et in sequentibus (128):

pocula si quando saevae infecere novercae
miscueruntque herbas.

---

1—2 Mer.—cap.; 5 Lucil. et—religiones; 6—8 Varro qui—dic.; 9—10 Med.—cur.; 12 Med. r. venenum.

---

2 (Varro)—4 (merebat), *quae in marg. archetypi stetisse credit, post 344. 39 collocat Mu.* || 3 ordine erat, is aes *Ald.*: ordine ratis es (est $LB^A$) || 5 mercede meret religiones (releg. $L^1$): 'mercede meras legiones' ait *Porphyrio ad Hor. Ep. I, 3, 6 (vid. Bue. Rhein. Mus. XLVIII, 87)* || 6 dul. (dol. $L^1$): *δουλοπρεπέστερον Duebner.* || Varro Ag. * * * Pacuvius Duloreste, qui m. *Naekius* || meritat *N. Faber*: *fort.* meritántem || 7 h. ex se serv. *Mu.* (ec) || 7 unde—dic. *post v. 4* (locat) *colloc. Mu.* || merc.] meritorii *Guietus, recte ni fallor* || 7—8 idem in eum. *L* || 8 primum *om.* $A^A$ || 10—11 *cf. 37. 4* || 11 derit $A^A$ || intertutem $A^A$ (*non B*) || 12—13 φ. * * * vel *Mu.* || 13—19 *fort. secludend.* || 14 beneficii sit || 14—15 *cf. 410. 20* || 17—19 *secl.* (?) *Mu.*

Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* (407): 'quaerit ibidem ab Hannibale, cur biberit medicamentum. «quia Romanis», inquit, «me Prusiades tradere volebat»'.

MINVTVM est, ut saepius, breve. || Minutum, [est] obscurum, [et] scrupulosum, ut a Graecis dicitur *λεπτομέριμνον*. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. I (61): 'ecce autem alii minuti et angusti et omnia semper desperantes aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstruosi'.

MALIGNVM significat consuetudine malevolum. || Malignum, obscurum. Vergilius Aen. lib. VI (270):

quale per incertam lunam sub luce maligna
est || iter in silvis.

|| Malignum, gracile, minus ferax. Vergilius Georg. lib. II (179):

difficiles primum terrae collesque maligni.

MOLIRI est facere. Vergilius Aen. lib. I (414):

molirive moram et veniendi poscere causas.

idemque (Aen. I, 563):

res dura et regni novitas me talia cogunt
moliri.

M. Tullius Philippicarum *III* (6): 'quem nihil aliud agere, nihil moliri nisi caedem civium atque interitum

---

20—22 Varro et quaer.—breve; 27—1 Malignum—silvis; 4 Mol. e. fac.; 7—8 Virg. quae res—moliri.

---

20 *ἐξαγωγῆς*] *εξατωτ* (-*ωι* $B^A$) et || 22—23 M. o. (*om.* est) $A^A$ || 23 obscuros $A^A$ (*non B*): obstusum *Mu.* || et *om.* $A^A$ || scupulosum *L*: scupulum $A^A$ || 23—24 *λεπτ. marg. Iun.*: *αεπτομεριμοι* || 25 alii] mali || munuti $A^A$ (*non B*) || ang. aut (ut) omn. *codd. Cic.* || 26 difficile est (difficile $E^1$) || lucifug (*sic*) $A^A$ || monstrosi *codd. Cic.* || 5 (aut *B cum codd. Verg.*) || 6 idem $E^1$: (itemque *B*) || 9 III *add. Me.*: Philipp. lib. III (?) *Mu.* || 10 cae.] decem (desecem $L^1$) || 10—11 impetum civitates: (*corr. B*) videre.

346 M.

civitatis videret'. — idem et de Senectute (26): 'iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et moliens'. ‖ Moliri, retinere, morari ac repigrare. Caecilius Progamo (192):

ita quód laetitia mé mobilitat, maéror molitúr metu.

Lucilius lib. VII (25):

muginamur, molimur, subducimur.

‖ Moliri, exstruere: dictum a molibus. Vergilius Aen. lib. I (424):

molirique arcem et manibus subvolvere saxa.

Accius Philocteta (566):

ubi hórrifer
aquilónis stridor gélidas molitúr nives.

unde demoliri dictum est destruere. M. Tullius de Officiis lib. I (138): 'hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus'. — Cassius Hemina lib. II de censoribus (23): 'et in area in Capitolio signa quae erant demoliunt'. — M. Tullius de Officiis lib. III (66): 'demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis'.

MOLLE est non durum. Vergilius lib. VIII (415):

mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.

idem Georg. lib. II (120):

quid nemora Aethiopum molli canentia lana?

---

11—13 M. Tull. iners—mol.; 17—18 Mol.—saxa; 22—23 unde—access.; 25 item in capit.—demolivit; 27 Molle—durum.

---

**11** et *secl. ed. princ.* ‖ **13** moraria ac $L^1$: ac (*om.* mor.) $A^A$ ‖ **14** laet. *Palmerius*: letiale ‖ **15—16** *cf. 139. 5* (*s. v.* muginari) ‖ **16** mutilamur *codd. h. l.* ‖ **17** a mobilibus *L* $A^A$ (*non Gen.*) ‖ **17—18** *cf. 240. 21; 283. 13* ‖ **20** unde *Cic. Tusc. I, 69* ‖ horridus *Schol. Veronens. in Aen. VIII, 28* ‖ **21** Aquilonis *Cic., all.*: aequisoni (eq.) ‖ **23** Sc.] serus *L* $A^A$ $B^A$: servus $D^A$ (*cum B*) ‖ **24** caesius: (*corr. B*) ‖ **24—25** tensoribus *E*: tonsoribus $A^A$ ‖ **25** aera $A^A$ ‖ in a. Capitoli *Mu.* ‖ demolivit: (*corr. B*) ‖ **26** (M.—ausp.) *secl. Mu. cf. 147. 26* ‖ officere $A^A$: efficeret $L^1$.

|| Molle, recens, novum. Vergilius in Bucolicis (I, 80):

sunt nobis mitia poma,
castaneae molles.

|| Molle, opportunum. Vergilius Aen. lib. IV (423):

sola viri molles aditus et tempora noras.

item (Aen. IV, 293):

et quae mollissima fandi
tempora. ||

|| Molle, leve, contemnendum. Vergilius Georg. lib. III (41):

tua, Maecenas, haut mollia iussa.

M. Tullius de Senectute (5): 'quod ferundum est molliter sapienti'. || Molle, non arduum nec erectum. Vergilius in Bucolicis (IX, 7):

qua se subducere colles
incipiunt mollique iugum demittere clivo.

|| Molle, dulce, iucundum. Vergilius Georg. lib. II (470):

mollesque sub arbore somni.

M. Tullius de Legibus lib. II (38): 'in animos teneros atque mollis influere quam varios canendi sonos'. — et idem de Senectute (2): 'omnis absterserit senectutis molestias, sed etiam effecerit mollem ac iucundam senectutem'. || Molle, placidum. Accius Telepho (629):

nixi próperiter navem ín fugam
tránsdunt subter sáxa ad laevam, quá mons mollibát mare.

---

31 Molle r. n.; 33—34 Virg. cast.—opport.; 37—38 Virg. et quae—temp.; 4 Molle—erec.; 7—8 Molle—somni; 11—13 M. Tull. omnes—senectutem.

---

**31—32** *cf. 343. 14* || **36** item *Mu.*: idem || **4—6** (inc.) *cf. 400. 2* || **9** nihil tam facile in *Cic.* || terrenos $A^A$ || **10** incanendi $A^A$ $L^2$ ($L^1$?) || somnos || **11** et *del. Mu.* || non modo omn. *Cic.* || absterserit *Gen.*[3]: absterseris *rell.* || **12** effeceris $D^A$ || **12—13** sed eff. mol. etiam et iuc. sen. *codd. Cic.* || **13—15** *cf. 154. 9 (s. v.* properiter); *307. 31 (s. v.* fuga) || **14** remisque nixi *Acc.*: rnix $L^1$ || periter *codd. h. l.* || **15** trandunt *L*: trad. $A^A$ || leva quam: levam *ed. princ.*, qua *ed. a. 1476.*

M. Tullius de Senectute (10): 'et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat'.

MIRARI significat novo aliquo obstupefieri. Vergilius Aen. lib. I (455):

artificumque manus inter se operumque laborem
miratur.

|| Mirari, delectari, accendi. Vergilius Georg. lib. III (49):

seu quis Olympiacae miratus praemia pugnae
pascit equos.

|| Mirari, venerari. Vergilius Georg. lib. IV (215):

ille operum custos; illum admirantur et omnes
circumstant.

MICARE est sortiri digitis. M. Tullius de Officiis lib. III (77): 'dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices'. — et eodem (90): 'quasi sorte aut micando victus alteri cedet'. — Varro Parmenone (396): 'micandum erit cum Graeco, utrum ego illius numerum an ille meum sequatur'. || Micare, per vices sine ordine moveri. Vergilius Georg. lib. III (84):

micat auribus || et tremit artus.

idem lib. X (396):

semianimesque micant digiti ferrumque retractant.

et Georg. libro III (439):

et linguis micat ore trisulcis.

---

18 Mir.—obst.; 21—22 Mir.—pug.; 27—1 Mic.—artibus.

---

**16—17** *cf. 301. 2* || **16** at $L^{2}$: at (*Gen.*$^{2}$ *B*) *vel* ad (*Gen.*$^{1}$) $A^{\Delta}$: ad $L^{1}$: et $B^{\Delta}$ || **17** p. submolliebat $L\ A^{\Delta}$ || **22** miseratus $A^{\Delta}$ (*non B*) || (palmae *B cum Verg.*) || **24** venerari *Gen.*$^{3}$ *E*: munere $A^{\Delta}$: mentiri *L*: munerare $B^{\Delta}$: (metuere $H^{3}$) || VII $A^{\Delta}\ L^{2}$ || **25** illum *om.* $A^{\Delta}$ || **26** quooptant $L\ A^{\Delta}$ || **28** ducunt $B^{\Delta}$ || **29** micis || eodem *Me.*: eo || sed qu. so. *Cic.*: quas (*om.* $D^{\Delta}$) ipso quasi so. || **30** alt. ced. alter *Cic.* || **31** assequatur *v. d. in ed. Iun.* || **32** movere: *corr. Quich.* || **32—1** *cf. 191. 8* || **1** et remit $L^{1}\ A^{\Delta}$ || artibus $D^{\Delta}$.

Lucilius lib. XXX (48):

omnia tum endo muco videas fervente micare.

‖ Micare, fulgere. Vergilius Aen. lib. I (90):

micat ignibus aether.

et lib. II (734):

ardentis clipeos atque aera micantia cerno.

MITTERE manifestam habet significationem, ut Vergilius lib. VIII (9):

mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem;

et Georg. lib. III (323):

in saltus utrumque gregem atque in pascua mittes;

et (Georg. III, 64):

mitte in venerem pecuaria primus.

‖ Mittere est excludere. Vergilius Aen. lib. I (202):

maestumque timorem
mittite.

Sisenna Hist. lib. III (13): 'mulierem missa fide ac pietate propter amoris nefarii lubidinem obstitisse'
‖ Mittere, *remittere*. Vergilius in Bucolicis (IX, 6):

hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos.

‖ Mittere, omittere. Terentius in Adelphis (335):

era, lácrimas mitte.

Vergilius lib. XI (256):

mitto ea quae muris bellando exausta sub altis.

---

8—9 Mic.—aeth.; 12 Mitt.—sign.; 19—21 Mitt.—mitt.; 26—27 Mitt.—mitte.

---

**10—11** *cf. 196. 21* ‖ **12** ut *om. ed. princ.* ‖ **13—14** *cf. 366. 19* ‖ **16** mittis ‖ **18** *cf. 390. 31* ‖ **23** extitisse *L* $B^A$ (*non E*) ‖ **24** Mitt. *del. Quich.* ‖ rem. *addidi*: adducere *Mu.* ‖ **24** (Verg.)—**25** *post v. 18 collocat Quich.* ‖ **29** exusta $A^4$.

Lucilius lib. XXX (122):

hoc missum facies, illo me utere libente.

M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'Manlium missum fecit: tantum temporibus illis ius iurandum valebat'.

Plautus Aulularia (651):

iám scrutari mítto: redde huc.

MANDARE significationem habet notam; ut Vergilius lib. IX (312):

multa patri mandata dabat portanda.

|| Mandare, conmendare. Vergilius Aen. lib. III (50):

furtim mandarat alendum
Threicio regi.

M. Tullius de Officiis lib. II (3): 'deinde [tertius] ipsis scriptis non ea quae nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut saepe fecimus'.

MATVRVM dicitur celer. Vergilius Aen. lib. I (137): ||

maturate fugam regique haec dicite vestro.

Accius Melanippo (428):

ést res aliqua, *quám* praesente his príu' maturare ínstitit.

M. Tullius de Officiis lib. III (59): 'venit ipse mature: scalmum nullum videt'. — Varro Endymionibus (106):

---

35 Mand.—notam; 37—38 Mandare—alendum; 42—1 Mat.—fugam.

---

**31** metutere *L*: metuere $A^A$ || libenter: *corr. marg. Iun.* || **32** manilium || **33** facit || ius iur. *Cic.*: iurandum *E ex corr.*: iuransdum || **34** muto $A^A$ (*non B*) || **35** ut *om. E* || VIII: *corr. E* (*cum B*) || **38** aledum $L A^A$ || **40** deinde *codd. Cic.*: dein tertius $L A^A$: deinde tertius (terentius) $B^A$: deinde his (?) *Mu.* || **2—3** *cf. 154. 14* (*s. v.* praesente) || **3** quam *Grotius*: *om. codd. h. l.*: quae *codd. 154* || mature $B^A$ || instititi $L^1$ || **4** VI $A^A$ || **5** nalum $L B^A$ || videt $E^1$: vide *rell.*

'qui si, ut vigilare mature coepisti, in eo retinueris'. || Maturum, grave, sapiens. Vergilius lib. V (73):

hoc Helymus facit, hoc aevi maturus Acestes.

M. Tullius de Senectute (33): 'iam constantis aetatis et senectutis maturitas'. || Maturum, mite, coctum. Vergilius in Bucolicis (III, 80):

triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Varro Endymionibus (102): 'discumbimus murrati. dominus maturo ovo cenam conmittit'.

METVS dicitur sicuti plerumque, timor. Vergilius lib. VI (276):

et Metus et malesuada Fames.

|| Metus, religio. Vergilius lib. VII (60):

sacra coma multosque metu servata per annos.

MANERE est loco insistere. Vergilius lib. X (770):

manet inperterritus ipse,
hostem magnanimum opperiens.

M. Tullius in Verrem actione (Div. 8): 'qui iudicia manere apud ordinem senatorium volunt'. — idem de Officiis (III, 48): 'Cursilum quendam, suadentem ut in

---

7—8 Mat.—Acest.; 9—10 M. Tull. aetatis—maturitas; 19—21 Man.—op.

---

6 quod si *Vahlen.* || vigilarem m. $L B^A$ || matura: (*corr. Cant.*[1]) || eoo $L^1$ || te tenueris *Oehler.*: te retinueris *Popma* || **9** et gravitas iam *Cic.* || **11—12** *cf. 409. 16* || **13—14** *cf. 249. 6* (*s. v.* conmittere, initiare); *282. 3* (*s. v.* dominus) || **13** mussati $B^A$ (*cum codd. 282*): muscati $A^A L$ *ex corr.* (musati *L ante corr.*): *corr. On.* || **14** acaenam $A^A$: ad caenam $L B^A$ (*cum B*): caenam (cen.) *codd. 249, 282* || **15—16** *cf. 411. 10* || **16** malesuade $L^1 A^A$ || **18** comam *Verg.* || **19** Verg.] georg. *L* || **20** ille *Verg.* || **22** Actione I (?) *Mu.*: Divinatione *Me.* || **23—24** *cf. 383. 36.*

urbe manerent'. || Manere, inminere, deberi. Vergilius lib. VII (596):

te, Turne, nefas, te triste manebit
supplicium.

M. Tullius Philippicarum lib. XIII (45): 'sin autem me aliud fatum manet'. || Manere, expectare. Terentius in Eunucho (788):

"quám mox inruimús?" — "mane:
ómnia prius éxperiri quam ármis sapientém decet."

|| Manet, inhaeret, infixum est. Vergilius Aen. lib. I (26):

manet alta mente repostum.

Plautus in Asinaria (592):

.. "vale!" — "aliquanto ámplius valérem, si hic manéres." ||

MONSTRVM dicitur horrenda magnitudo. Vergilius Aen. lib. III (658):

monstrum horrendum, informe, ingens.

|| Monstrum, monstrationem. Vergilius Aen. lib. III (59):

monstra deûm refero.

MACVLOSVM, sordidum, inmundum. Lucilius lib. XXX (26):

haec vestimentis maculosis tum aspice † iste.

|| Maculosum est varium. Vergilius Aen. lib. I (323):

subcinctam pharetram et maculosae tegmine lyncis.

---

25 Man. inminere; 28—29 M. Tull. sin—manet; 32—33 Man.—rep.; 1—2 Monst.—ing.; 5—6 Mac.—mac.; 7 Mac. e. varium.

---

26 te turte n. te $A^A$: te turne nefas te $L^1$ (*cum B*): te turne te nefas $B^A$ (*cum Gen.*$^3$) || tri *pro* triste $L^1 A^A$ || 29 alium $L^1 A^A D^A$ || factum $B^A$ || 31 *cf. 296. 4* || condecet $B^A$ || 32—33 *cf. 368. 10* || 32 Virg. Aen. lib. I (*B*) *vel* vale aliquanto (*cf. v. 35*) (*Gen.*$^1$) $A^A$ || 35 *fort.* vale, vale || 1—4 *fort. post 348. 42 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 73*) || 1 II || 2 informo $L^1 A^A$ || 3—4 *cf. 435. 27* || 3 IIII (*non Gen.*) || 6 t. aspicere i. *Quich.*: t. aspicit i. *Iun.*: tu aspice sis te *Mu.*: *fort.* tum aspicietis || 8 pharetra *Verg.*

350 M.

|| Macula, turpido. M. Tullius in Verrem actione I (11): 'cuius ut adulescentiae maculas ignominiasque praeteream'. Lucilius lib. XXX (28):

quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.

|| Macula, in retibus plaga. M. Tullius de suppliciis, in Verrem actione (II, v, 27): 'reticulumque ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae'.

METIRI est transmeare. Lucilius lib. XXX (72):

vir mare metitur magnum et se fluctibu' tradit.

Vergilius Georg. lib. IV (389):

et iuncto bipedum curru metitur equorum.

MANICAE dicuntur vestium. Vergilius lib. IX (616):

et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.

|| Manicae, quibus manus vinciuntur. Lucilius lib. XXX (69):

sic laqueis, manicis, pedicis mens inretita est.

Vergilius Aen. lib. II (146):

manicas atque arta levari
vincla iubet Priamus.

Plautus in Asinaria (304):

úbi manus manicaé conplexae súnt.

MAESTVM, triste, miserandum. Vergilius Aen. lib. II (280):

et maestas expromere voces.

---

9—10 Mac.—praeteream; 13—15 Mac.—plenum; 20—22 Man.—vinc.; 28—30 Plaut. ubi—voces.

---

**9** turpido *L* $B^A$: turpitudo $A^A$ $D^A$ *E* || **11—12** *cf. 354. 18* (*s. v.* nota) || **12** sci $L^1$ (si *Cant.*[1]) || maculas (*om.* que) *codd. h. l.* (*corr.* $L^2$ $H^2$) || **13—15** *cf. 141. 15; 221. 34; 411. 27* || **13—14** in verrem actione II de suppliciis *Mu.* (II *iam add. ed. a. 1471*) || **16** Metire: *corr. Ald.*: Metiri * * * Metiri *Mu. post Quich.* || **17** et se *Mu.* (se *marg. Iun.*): est || tradidit: *corr. ed. princ.* || **20—21** *cf. 536. 19* || **22** vincuntur $L^1$ $A^A$ || **23** mens *om.* $A^A$ || **25** (atq.)—**26** *cf. 336. 15* || **26** primus *codd. utrobique.*

Lucilius lib. XXIX (54):

cohibét domi
maestús se Albinus.

|| Maestum, enectum fame. Lucilius lib. XXIX (119):

ventrem alienum
maestum fovere ex molito hordeo uti cataplasma. ||

MVTARE, derelinquere. Lucilius lib. XXVI (15):
míhi quidem non pérsuadetur púlices mutém meos.

|| Mutare, transferre. Lucilius lib. XXVI (30):

dóctior quam céteri
sís; has mutes áliquo tecum sártas tectas dítias.

|| Mutare, aliud pro alio accipere. Lucilius lib. XXVI (16):
públicanus véro ut Asiae fíam scripturárius
pró Lucilio, íd ego nolo et úno hoc non muto ómnia.

MOVERE manifestum est quam habeat significationem. || Movere, excludere. M. Tullius de Officiis lib. III (76): 'at qui quodam quasi veneno perficiat ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat?'

MEDITARI est discere, perdoceri. Plaut. Amphitryone (202):
prius ípse mecum etiám volo hic meditári. sic hoc próloquar.

|| Meditari, excogitare. Terentius in Andria (406):
venít meditatus álicunde ex soló loco.

---

13—16 Med.—alicunde.

---

31—33 *cf. 383. 21* || 32—33 c. d. m. *codd. 383*: c. et omnia aestus $A^A$: c. et domina aestus $L^1$: c. et domina maestus $B^A$ || 34 innectum *L ante corr.*: iniectum $A^A$ *L ex corr.* 34—36 *cf. 311. 28* (*s. v.* fovere) || 36 ex mamolito $L A^A$ || 1 vergilius (virg.) lib.: (*corr. B*): Vergilius (Aen. III, 161) * * * Lucilius lib. *Mu.* || XXIII $A^A$ || 2 publices $L B^A$: Publi, utei *Mu. vid. Smith.* (*Amer. Journ. Phil. XXII, 44*) || 5 has *scripsi*: asa $L B^A$: sa $A^A$: ac (?) *Mu.* || mutes *Quich.*: mittis (-tit *Gen.*[1]) mutes || satrafa acutia $A^A$: satra facta vitia $L B^A$: *corr. Duentzer.* (*propius esset* s. factas d.) || 6—8 *cf. 38. 3* (*s. v.* scripturarios) || 7 fiam ut scr. *codd. 38* || 8 nelo $L^1$ || 9 habet: *corr. ed. princ.* || 10—12 *cf. 403. 20* || 14 metum $A^A$ || si $A^A D^A$ || hoc pro hoc loquar $A^A B^A$.

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NOBILE ad dignitatem generis refertur. Sallustius (Catil. 5, 1): 'Lucius Catilina nobili genere natus fuit'. || Nobilis dicitur et notus. M. Tullius de Officiis lib. II (26): 'testis est Phalaris, cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas'. — Lucilius Satyrarum lib. VII (11):

Phryne nobilis illa, ubi amatorem inprobius quem.

Varro περὶ αἱρέσεων (400):

túm cóntremula áquilénta aput áltá
líttóra oreris ác nóbilis ómnibús relúcés.

Accius Diomede (283):

. . . me Argos réferam, nam hic sum nóbilis,
necuí cognoscar nóto.

Terentius Heautontimorumeno (227):

mea est potens, magnifica, sumptuosa, nobilis.

Vergilius lib. VII (563):

est locus Italiae medio sub montibus altis,
nobilis.

M. Tullius in Verrem || actione II (I, 63): 'oppidum est in Hellesponto Lamsacum, iudices, in primis Asiae provinciae clarum et nobile'. — Lucilius lib. XXIX (56):

tum illúd ἐπιφώνει, quód etiamnum nóbile est.

---

18—20 Nob.—notus; 30 Ter. mea—nobilis.

---

17 *om.* $A^A$ || 18 (Nobilis *Bern. 347*$^1$) || 19 lucilius $L^1 A^A$ || 20 Nobile $L^1 A^A$ || 21 nobilitata] nobilitas ac (*seq.* c) || 22 quam $A^A$ || tu cum tremula *Gulielm. Verisim. III, 18* || 25 oriris: *corr. Lachm.* || mobilis: (*corr. B*) || relucens $B^A$ || 27 me argos *cod. Fest. 174*: me agros $L B^A$: agro (*om.* me) $A^A$ || sum *cod. Fest.*: suam || 28 nec cui *L* || 30 pot. procax magn. *Ter.* || 2 iudices *codd. Cic.*: id (*i. e.* iudices?) $L^1$: id $A^A B^A$ || 4 epifoni (-itofo- *L*): *corr. I. Dousa*: ἐπεφώνει *Mu.* || etiam tum: *corr. I. Dousa.*

352 M.

unde et nobilitarent notefacerent dictum est. Titinius Prilia (69):

magi' quaé famae obiectárent ne eam málefactis nobílitarent.

Accius Telepho (621):

nam is démum miser est, cúius nobilitas míserias nobílitat.

Pacuvius Duloreste (119):

hícine is est quem fáma Graia ante ómnis nobilitát viros?

NVMERO, ordine. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (43): 'nihil est enim ut ratione et numero moveri possit sine consilio; in quo nihil est temerarium'. Vergilius Aen. lib. III (446):

digerit in numerum.

|| Numero significat cito. Accius Oenomao (503):

numero te expurgasti.

idem Antigona (143):

né istunc numero amíttas subitum oblátum.

Turpilius Demetrio (34):

numquám nimi' numero quémquam vidi fácere, quom facto ést opus.

---

8—9 Accius is dem.—nobilitat.

---

5 unde ut $L\,A^{A}$: unde et $B^{A}$ (*cum E B*) || notifacerent $A^{A}$ (*cum E*): notificarent $L\,B^{A}$ || 6 obiectaretur, ne *Mu.* || 8 nam *Bentin.*: na: *om.* $D^{A}$ || denum: *corr.* $D^{A}$ (*cum G*) || 11 hecine is $B^{A}$ || quam $L^{1}$ || fame gratia: *corr. Grotius*: formae gratia *Scal., Ciacconius* || nobilita $A^{A}$ || fama Graii—nobilitant *Mu.* || 12 Numerum $B^{A}$ || ordinem (-n̄ $L^{1}$, *i. e.* -ne?): (*corr. B*) || 13 ut] quod *codd. Cic.* || orationem et n. $E^{1}$: orationem (-n̄ $L^{1}$, *i. e.* -ne?) n. *rell.* || 16 s. c. *Me.*: significatio || 17 expurgat timor *cod. Fest. 170*: expugnat timor *O. Mueller.* || 19 istunc *Roth.*, numero *Σ*: istue (-uae) numerum $A^{A}$: istum enumerum $L\,B^{A}$ || subito *Voss.* || 21 quom *Mu.*: quam || fato *L* (*cum G*).

idem Lindia (150):

ego ínterim in turbá foras
subdúxi cum hac me, néque sat numero míhi videbar cúrrere.

Varro περὶ ἐξαγωγῆς (410): 'quid puer rogasset et petasatus capite adnuisset. ac discedens numero venire ait adulescentem'. — Afranius Privigno (270):

numero, † enepti pertímuistis cassám terriculam advérsarî.

Plautus Amphitryone (180):

numeró mihi in mentém fuit.

Varro Cato vel de liberis educandis (6): 'ut qui contra celeriter erant nati fere Numerios praenominabant: quod qui cito facturum quid se ostendere volebat, dicebat numero id fore; quo etiam in partu precabantur Numeriem, quam deam solent indigitare etiam pontifices'. ‖ Numeros, modos. ‖ Vergilius in Bucolicis (IX, 45):

numeros memini, si verba tenerem.

M. Tullius de Officiis lib. III (14): 'perfectum atque absolutum est et, ut idem dicunt, omnes numeros habet'.

NITI est conari sub onere. Vergilius Georg. lib. III (172):

post valido nitens sub pondere faginus axis
increpat.

Cicero Tusculanarum lib. I (10): 'tum illud quod
«Sisýphu' versat saxúm sudans
niténdo neque profícit hilum»'.

---

5 Niti — on.: 6 Virg. val. — axis.

---

**23—24** (me) *cf. 399. 20* (*s. v.* subducere) ‖ **24** videbat: *corr. Me.* ‖ **26** pietassatus (-iaet-) *L A*$^{A}$ ‖ **28** (inepti *G*) ‖ n. 6 in. *Bue.*: *fort.* n. énecti ‖ **30** inmentem (*i. e.* inmenentem) *L*$^{1}$: inminentem *A*$^{A}$ ‖ **32** numerias: *corr. L*$^{1}$ ‖ praemoniebant *L*$^{1}$*A*$^{A}$: praemuniebant *B*$^{A}$ (*cum B*) ‖ **33** quid se *Iun.*: quis (qui *E*) sine ‖ **34** quo *scripsi*: quod: propter quod *Mu.* ‖ Numeriam *Turneb.*: numeri et ‖ **35** solet *A*$^{A}$ ‖ -get- ‖ etiam *del.* (?) *Mu.* ‖ **1—2** *cf. 524. 13* ‖ **3—4** *cf. 266. 7* ‖ **7** instrepat *Verg.* ‖ **8—10** *cf. 121. 4* ‖ 8 I *codd. h. l.* ‖ **9** sisyfius (sy-): (*corr. B*) ‖ **10** illum *L A*$^{A}$.

|| Niti, fultum esse. Lucilius lib. XXVI (19):

súmmis nitere ópibus, at ego cóntra ut dissimilís siem.

|| Niti etiam incumbere. Vergilius lib. VI (760):

ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta.

|| Niti rursum ambulare. Pacuvius Periboea (272):

ardua per loca, agrestia
trepidánte gradu nitítur . .

Vergilius Aen. *lib. II* (380):

pressit humi nitens.

Varro Pranso Parato (422):

contrá coactus cérvu' latratú canum
fertúr, bisulcis úngulis niténs humu.

|| Niti, volare. Vergilius Aen. lib. IV (252):

hic primum paribus nitens Cyllenius alis
constitit.

NARE est natare. Vergilius lib. VIII (651):

et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.

|| Nare rursum volare. Vergilius Georg. lib. IV (58):

hinc ubi iam emissum caveis ad sidera caeli
nare per aestatem liquidam suspexeris agmen.

---

11—12 Niti—op.; 13—17 Niti—nit.; 23—26 Niti—nat.; 28 vel volare.

---

12 summi $L A^A B^A$: summis $D^A$ (*cum E B*) || nitere *marg. Iun.*: nitire (niti $D^A$: nitinere *G*) || 13—14 *cf. 446. 25* || 14 videns $L^1 A^A$ || 16—17 agrestia tr. *Voss.*: agresti ac tr. $D^A$: agrestia ac tr. *rell.* || 17 trepidanti $D^A$ || 18—19 *cf. 365. 34* || 18 lib. II *om. codd. h. l.* || 20—22 *cf. 488. 5* (*s. v.* humu) || 21 servus *codd. utrobique*: *corr. Turneb.* || latrato $B^A$ (latro *G*): latrantu $L^1$ || 22 nitens *om.* $B^A$ || humo *codd. h. l.* || 23—25 *cf. 272. 31* || 24 cyllenos (ci-) $L^1 A^A$ || 29 caveris $A^A$ (*non B*) || 30 agmen * * * *Mu.*



|| Natare iterum trepidare. Vergilius Georg. lib. IV (496):

conditque natantia lumina somnus.

NECESSITVDO est adfinitas. Sallustius in Iugurtae Bello (80, 6): 'etiam antea Iugurtae filia Boccho nupserat; verum ea necessitudo *apud Numidas Maurosque levis ducitur*'. || Necessitudo, necessitas. — Sallustius in Catilina (58, 19): 'praeterea necessitudo, quae etiam timidos fortis facit'. — idem [in] Iugurta (48, 1): || 'coactus rerum necessitudine statuit armis certare'. — Varro Modio (316): 'asse vinum, asse pulmentarium, secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo'. — Sisenna Hist. lib. IV (98): 'id me neque metu neque calamitatis necessitudine inductum facere'.

|| Necessitas, vis quaedam quae alterum cogere invitum potest, ut plerumque. || Necessitas, affinitas: unde et hoc iure coniuncti necessarii appellantur. C. Caesar, cum Plautiam suasit rogationem: 'et quidem mihi videtur pro necessitate non labore, non opera, non industria defuisse'.

NOMEN est proprium vocabulum singulorum. Vergilius lib. VII (337):

cui nomina mille,
mille nocendi artes.

et V (564):

nomen avi referens Priamus.

---

31—1 Nat.—certare; 6—8 Nec.—app.; 11 Nom.—sing.

---

31 III $A^A$ || 34 baccho $L^1 A^A$: Bocchi *Sall.* || 35 (nec.)—37 (praeterea) *om. codd. suppl. N. Faber apud Me.* (*ex parte corr. Gen.*$^3$ verum ea necessitudo Necessitudo necessitas sall. in catil. praeterea necessitudo quae etiam tim. fort.) || 38 in *add.* $B^A$ (*seq.* iu) || 2—3 *cf. 70. 10* (*s. v.* aurigatur) || 3 quoi *Mu.* || adrigatur $L^1$: arrigatur $B^A$ || 9 C. *om.* $A^A$ || 9—10 equidem mihi videor pro nostra nec. *Gell. XIII, 3, 5* || 12 tibi nom. *Verg.* || 14 et V *Me.*: et ut || 15 nomen (-min $L^1$) abire ferens (ref. *Gen.*$^1$) primos $L^1 A^A$.

|| Nomen, decus, dignitas. Vergilius Aen. lib. II (558):
avulsumque umeris caput et sine nomine corpus.

NOTA dicitur probrum. Lucilius lib. XXX (28):
quem scis scire tuas omnes maculasque notasque.

|| Nota, signum. Vergilius Georg. lib. III (158):
continuoque notas et nomina gentis inurunt.

|| Nota, distinctio. Vergilius lib. V (87):
caeruleae cui terga notae.

NVDVM consuetudine sine tegmine dicitur. Vergilius lib. V (135):
nudatosque umeros oleo perfusa nitescit.

|| Nudum, insepultum. Vergilius lib. V (871):
nudus in ignota, Palinure, iacebis arena.

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OCCVPATVS, inpeditus; ut graece dicitur ἀσχολεῖ. id est: vacuus non est. Plautus in Amphitryone (fr. II): ||
erus Amphitryo occupatus.

Cicero Tusculanarum lib. I (5): 'ut, si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi'. || Occupare est proprie praevenire. Cicero Tusculanarum lib. V (27): 'quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus: occupavi te'. — Titinius Veliterna (145):
ergo óccupa forás exíre, fóris ut praesit línteum.

---

16—27 Nom.—harena; 29—5 Occ.—occupavit.

---

18—19 *cf. 350. 11* (*s. v.* macula) || **19** sci sc. $L^1$: vis sc. $D^A$ || **21** continuo (*om.* que) $L B^A$ || **22** uerg. georg. lib. $A^A$ || **26** sepultum $A^A$ || **28** *om.* $A^A$ || **29** ascoli: *corr. Iun.* || **29—30** id est v. n. e. *secl. Mu.* || **4** quo $A^A$ || **5** occ. te *Cic.*: occupauit || **6** erga $A^A$ || foras $L B^A$ || praessit (praes sit) $A^A$ (*cum E*) || ex. at ori prae sit *Mu.*

Vergilius lib. XII (299):

et venienti Ebyso plagamque ferenti
occupat os flammis.

Accius Eurysace (380):

quem ád modum inpetum óccupemus fácere ultro in regém.

idem Tereo (649):

set nísi clam regem auférre ab regina óccupo
puerúm.

Turpilius Thrasyleone (212):

cesso óccupare et me ín conloquium cónferre horum?

Ennius Hectoris Lytris (139):

Hectór vei summa armátos educít foras
† castrisque castra ultro iam ferre occupat. †

Pacuvius Duloreste (148):

"ís quis est?" — "qui té, nisi illum tu óccupas, letó dabit."

Varro Synephebo, *περὶ ἐμμονῆς* (513): 'crede mihi, plures dominos servi comederunt quam canes. quod si Actaeon occupasset et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret'. — idem Eumenidibus (145): 'priusquam responderem, foris

---

22—25 Varro crede—fieret.

---

7—9 *cf. 369. 2* || 7 XV $A^A$ || 8 veniente *codd. h. l.* || 12 item $L^1$ || 12—13 Tereo, sed *Iun.*: pereos et || 13 clam egem (*Gen.*) *vel* cl. regem (*B*) $A^A$: clam regem *E*: clamoris regem *L* $B^A$: clamaris r. *Both.* || autferre *L* || regna $A^A$: regiona *E* || (occupabo *B*) || pu. ab reg. occ. *Both.* || 18 Hector vi *Me.*: haectorei (-ii $L^1$) || in foras: f. *Iun.* || 19 castras ult. *Mu.* || Troiana inferre o. *Bue.*: u. iam inf. o. *Mu. post Me.*: u. conferre o. *Voss.*: Troiani inf. occupant *Havet.* || 21 te nisi illum *Voss.*: tunc si illum (sullum $A^A$) || dabis: *corr. Scriver.* || 23 quos si *Mu.* || 24—25 comedisset et non nugasset s. *L* $B^A$.

nescio quis occupat res indicare'. || Occupare est rursus detinere. Plautus Epidico (298):

átque id non decem óccupatum tíbi erit argentúm dies.

Pacuvius Atalanta (72):

sempér satis agere, ut né in amore animum óccupes.

M. Tullius de Officiis lib. I (57): 'et in ea funditus delenda occupati sunt et fuerunt'. — Vergilius Georg. lib. IV (439):

manicisque iacentem
occupat.

Varro Eumenidibus (142): 'cum in eo essem occupatus atque in schola «curarer», ut scribit Scantius, «horno per Dionysia»'. || Occupare est etiam invenire, || tenere vel possidere. Plautus Trinummo (1135):

fámiliam optimam óccupavit.

Vergilius Aen. lib. VI (424):

occupat Aeneas aditum custode sepulto.

M. Tullius Philippicarum lib. XIII (12): 'agri Lucani possessiones occupavit'. — M. Tullius in Hortensio (15): 'et paulum agelli occupavisse'. || Occupare, est conlocare. Pomponius Pictoribus (115):

quae túleram mecum mília decém victoriáta
in Graéca mercede ílico curávi ut occupárem.

---

27 Occ.—det.; 33—34 Virg. man.—occ.; 1—2 Occ.—poss.; 5 Virg. occ.—sepulto.

---

27 necscio $A^A$ (*non B*) || quid $A^A$ || 28 decet (*cum codd. Pl.*) || **30** semper sat *Both.*: super satis || in am. *Both.*: in mare || **32** delendo $A^A$ || et sunt et f. *codd. Cic.* || ferunt || **35—1** *cf. 121. 9* (*s. v.* hornum) || **35** esset *codd. h. l.* || **36** sola $B^A$ || **3** -mas || **6** agriculani $A^A$ || **8** agelli *E*: angelli $A^A$: macelli $L B^A$ || est *om.* $B^A$ || **9** tuleram (*B*) *vel* uleram (*Gen.*) $A^A$ || victoriatum *Iun.* (*del.* in) || **10** merce id (?) *Bergk. Symbol. I, 66* || -ret $L^1$.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 91): 'praeterea pecunias occuparat apud populos et syngraphas fecerat'.

OPINIO est fama. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 10): 'erat opinio bona de Planco, bona de Lepido'. || Opinio, suspicio. Varro Eumenidibus (146): 'qui omnes, me bilem atram agitare clamitantis, opinionem mihi insaniae meae confirmant'. — Accius Eurysace (377):

opinione factum est, quanto minus
stirpem édocebant, tánto ut reremúr magis
eos ésse.

M. Tullius de Officiis lib. III (11): 'qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent'. || Opinio, spes, opinatio. M. Tullius ad Caesarem iuniorem (28): 'posthac quod voles a me fieri scribito; vincam opinionem tuam'. — idem de Officiis lib. II (46): 'opinionem adferunt populo eorum se similes fore quos sibi delegerint ad imitandum'. — Varro Endymionibus (108): 'sic ad vos citius opinione vertilabundus miser decidi'. — Sisenna Hist. lib. IV (102): 'Popaedius opinione frustrata'.

OBSCENVM est inmundum. Vergilius Aen. lib. III (241):

obscaenas pelagi ferro foedare volucres.

M. Tullius de Officiis lib. I (104): 'alter ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur aut verborum ||

---

11—14 M. Tull. praet.—deplanatio bona; 15 Op. susp.; 17 Accius op. f. est; 21—22 Op. sp. op.; 26—27 Varro sic—dec.; 28 Obsc. e. inm.; 30—2 M. Tull. si—reiurant.

---

14 plancio (-tio) $A^A$ $L$ $B^A$: planatio $D^A$ (*cum B*): *corr. Me.* || 15 *cf. 242. 30* (*s. v.* atrum) || 16 me bimatram *codd. h. l.* || confirmant *Gen.*$^3$ $E^1$ *ut vid.*: -mam $L$ $A^A$ (-mani *B*) $B^A$ || 17 ut quanto m. *Voss.*: q. mitius *Bue.*: q. illi m. *Mu.* || 18 edocebant *Mu.*: edocabant $L^1$ $A^A$: educabant $B^A$ || ut reremur m. *Iun.*: uteremur m. (-remmurmuragis $L^1$) || 20—21 *cf. 287. 13* || 21 hic *codd. h. l.* || 23 scripto: *corr. Me.* || unicam $A^A$ || 24 tuam—opinionem *om.* $A^A$ || 25 sit sim. f.: *corr.* $H^3$: f. se sim. *codd. Cic.* || sibi ipsi *codd. Cic.* || 27 decidit $D^A$: -dis $L^1$ || opinio $A^A$ || 29 foedere $L^1$ $A^A$ || 31 turpido $L^1$ || turpitudini adh. verb. *Cic.*

357 M.

obscenitas'. || Varro Agathone (10): 'pueri obscenis verbis novae nuptulae aures returant'. || Obscenum, vitabile. Vergilius Aen. lib. III (367):

obscenamque famem. quae prima pericula vito?

idem lib. XII (875):

ne me terrete timentem,
obscaenae volucres.

Accius Astyanacte (171):

nunc, Cálcha, finem réligionum fác, desiste exércitum
morári nec me ab dómuitione arcére tuo obsceno ómine.

Cicero Tusculanarum lib. V (94): 'nam et obscenas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio'. || Obscenum significat et male dictum. Accius Oenomao (508):

vos íte actutum atque ópere magno edícite
per úrbem, ut omnes qui árcem Alpheumque áccolunt
civés ominibus faústis augustam ádhibeant
favéntiam, ore obscēna dictu ségregent.

Lucilius lib. XXIX (57):

deûm réx avertat vérba obscena . . .

---

30—2 M. Tull. si—reiurant; 12—13 Obsc.—dictum; 19—30 Lucil. deum—prosequere.

---

1—2 *cf. 167. 5* (*s. v.* returare) || 2 ret. *Iun.*: redurant *Gen.*[3]: res durant *E*: reiurant $A^A D^A$: restaurant $L B^A$ || 3—4 *cf. 364. 1* || 8—9 astianactet (-cte $B^A$) hunc aicaispinem regionum fac ac desisset ex.: nunc (*Grotius*: tu *Mu.*) Calcha (*Quich.*) finem (*Baehrens.*) religionum (*Voss., Both.*) fac, desiste (*Baehrens.*) ex. || Acaiis (*i. e.* Ach.) *Stowasser* (*Arch. Lat. Lex. I, 445*) || 10 ac med *Mu.* || domutioñ *an* domuictoñ *inc.* $L^1$: domuictonem $A^A$: domuitionem $B^A$ || tu obs.: *corr. Mu., Ribb.* || homine (homine et ne $L^1$) || 11—12 II una et o. voluntates || 12 habet || 13 male dictum $D^A$ (*cum* $B$ $G^1$): maledicum *rell.* || 14 actum $A^A$ || 15 arcem (*Bentin.*) Alpheumque (*Kießling.*): arcana asteumque: arcem hanc astuque *Quich.* || 16 omnibus: *corr. Iun.* || adhibent *codd. h. l.* || 16 (aug.)—17 *cf. 205. 2* (*s. v.* favor, fem.) || 17 faventius $A^A$ || dictu $E^1$: dicti $L^1 A^A$: dicta $B^A$ || 19 d. r. a. verba *Turneb.*: deum rixavertat verba *E* (*cum* $H^1$): deum rixa vertat vertat verba *rell.*

OBITVS significat mors vel occasus. Vergilius Georg. lib. I (257):

nec frustra signorum obitus speculamur et ortus.

| Obitus rursus adventus. Accius Antigona (138):

attát, nisi me fallít in obitu sonitús.

Turpilius Epiclero (66):

écquis ést, qui ínterrúmpít sermónem meum óbitú suó?

OMEN dicitur auspicium prosperum. Vergilius Georg. lib. IV (386):

omine quo firmans animum sic incipit ipsa.

|| Omen. adversa significatio. Vergilius lib. XII (72):

neve omine tanto
prosequere.

OLIM trinam habet significationem temporum: praeteriti. (Verg. Buc. X, 34):

meos olim si fistula dicat amores.

|| Olim temporis futuri. Vergilius Aen. lib. I (289):

hunc tu olim caelo spoliis Orientis || onustum
accipies secura.

Lucilius Satyrarum lib. XIX (3):

si tu illos fructus quaeras, adversa hieme olim
quîs uti possis ac delectare domi te.

Turpilius Philopatro (193):

deínde cum ad te rédierit res ólim post mortém patris.

---

19—30 Lucil. deum—prosequere.

---

**20** mortem vel occasum $D^A$ || **23** favillit *L* || obitum: *corr. Palmerius* || in obitu f. *Mu.* || **26** et quis || istest *Mu.* || meum serm. *Grautoff.* || **27** formans: (*corr. B*) || **28** O. auspicium adversum significat *Mu.* || **32** *fort. secludend.* || **1** spiliis (-us) $L^1 A^A$ || **4** si $A^A$: sic $L B^A$ || **5** quis uti possis] defensorem ut per eum $A^A$ (*ex v. 9*) || ac *I. Dousa*: hac *E*: haec *rell.* || domi te $L^1$: domine *rell.*

358 M.

Afranius Suspecta (323):

núnc amatorem, ólim defensórem, ut peream, *mé* volet.

OPTARE est precibus a dis aliquid postulare. Vergilius Aen. lib. VII (273):

et reor et siquid [veri] mens augurat opto.

|| Optare, eligere. Lucilius Satyrarum lib. XIX (9):

"aurum vis? hominemne habeas!" — "hominem? quid ad aurum?
quare, ut dicimu', non video, hic quid magno opere optem."

Sallustius Hist. lib. III (49): 'atque [cum] Curio laudatum accensumque praemiorum spe quibuscum optavisset ire iubet'. — Vergilius Aen. lib. III (109):

optavitque locum regno.

M. Tullius de Officiis lib. I (118): 'quaeque maiori parti pulcerrima videantur, ea maxime optant'. — Terentius in Eunucho (1056):

hoc si féceris,
quódvis praemiúm donum a me optáto.

Varro Marcipore (281): 'et Diogenes Cynicos, qui ab Alexandro rege iussus optare quid vellet se facturum'.

OFFENDERE est percutere. Turpilius Paraterusa (174):

caput [ut] offendi. adimere pol!

---

10 Opt.—post.; 12—13 Virg. et siquid—eligere; 20—23 M. Tull. quaeque—opt.; 26 Off. e. percutere.

---

9 nunc *Me.*: non || amaterem (*ex* mat.) *L*: amatorum $A^A$ || defensorem $A^A$ *v. 5*: defensor et $A^A$ *h. v.*: defensore *L* $B^A$ ut per eum volet: *corr. Mu.*: uti p. v. *Ribb.* || 10 a dis *om.* $D^A$ || 11—12 *cf. 469. 15* || 12 veri *add.* $B^A$ || 13 XXVIIII $B^A$ || 14 hominemne *Quich.*: hominem || 15 quidam ma. $L^1$ || 16 cum *L* $B^A$: *om.* $A^A$: eum *Ald.* || Curio (*vel* Caepio) *Lips.*: cupio || 17 spe $A^A$ (*cum* $E^1$): spes *L* $B^A$ || quibuscum *L* $B^A$: quibus $A^A$ || 18 iuvet || 21 videntur *Cic.* || exoptant *codd. Cic.* || 23 donum pr. *Ter.* || 24 cynicos *Canterus*: quiamicos || 27 caput o. $A^A$: caput ut o. *L* $B^A$ || ad limen pol *Pius.*

Lucilius lib. XXIX (44):

crus lápide? nihil est. crédam, si te offénderit.

Varro Marcipore (282): 'dein inmittit virile veretrum. ut flumen offendit buccam Volumnio'. || Offendere, laedere. M. Tullius de suppliciis, lib. VII (in Verr. II, v, 31): 'cum iste cum pallio purpureo parique tunica versaretur in conviviis cum mulieribus, non offendebantur homines in eo neque moleste ferebant'. — Lucilius lib. XXVII (53):

nam híc quidem
réditum talem pórtendebant néque alia in ᴚe † ulla ||
óffendere.

|| Offendere, invenire. Pacuvius Iliona (204):

quos égo, ita ut volui, offéndo incolumis.

Afranius Omine (228):

ea mémoriter, cum vénero, conf́ecta ut offendám . .

Quadrigarius Annali lib. II (36): 'inde postquam aliquantum recessit, offendit montem, loca munita, res omnes habentem, quae militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum'. — Terentius Eunucho (234):

offendi adveniens quendam mei loci atque ordinis
hóminem.

---

31—34 Off.—fer.; 2—3 Off.—incol.; 6—11 Quadr.—hom.

---

**29** (n. em *H*² *mg.*) || caedam *Gerlach.* || **30** deinmittit: *corr. Oehler.* || **31** u. f.] in (*ita iam ed. a. 1476*) frumen *Scal.* || bol- || **32** lib. VII de suppl. *Mu.* || **33** cum *alt. om.* *D*ᴬ (*cum B*) || **34** in conv. muliebribus *codd. Cic.* || offenderentur || **35** *fort.* hi || **36** re *ed. a. 1480*: mare || ulula *L*¹: *secl. Mu.* || *fort.* in me recula || **3** incolumitas *A*ᴬ || **6—7** p. a.] pquantum *L*¹ || **7** l. invenit ea *Peter*: loco munitum *Mu.* || **8** habere: *corr. Mu.* || aqua *D*ᴬ (*cum B*) || **9** et Ter. *L B*ᴬ: et *om.* *A*ᴬ *E*¹ *D*ᴬ || in Eun. *B*ᴬ || **9—11** *cf. 270. 38; 324. 17* || **10** hodie adv. *codd. 270*: adv. *codd. h. l.* || ei (*praec.* m) *A*ᴬ || l. hinc a. *codd. Ter.*

M. Tullius de signis (in Verr. II, IV, 64): 'quod nondum perfectum templum offenderant, neque ponere potuerunt'. — Lucilius lib. XXVI (33):

síquod verbum inúsitatum aut zétematium offénderam.

M. Tullius de Republica lib. I (59): 'sed imitor Archytam illum Tarentinum; qui cum ad villam venisset et omnia aliter offendisset ac iusserat. — Plautus Amphitryone (713):

eó more expertém *te* factam advéniens offendí domi.

Varro Sexagesi (491): 'Romam regressus ibi nihil offendi quod ante annos quinquaginta, cum primum dormire coepi, reliqui'.

OBSCVRVM est tenebrosum, sine lumine. Vergilius Georg. lib. I (428):

si nigrum obscuro conprenderit aera cornu.

|| Obscurum, ignobile. M. Tullius de Officiis lib. I (116): 'qui magna sibi proponunt obscuris orti maioribus'. || Obscurum, absconditum, latens. Vergilius lib. IX (244):

vidimus obscuris primum sub vallibus urbem.

OBSERVARE, suspicere, magnificare. M. Tullius de Officiis lib. I (149): 'sicuti aliquo honore aut imperio affectos observare et colere debemus'. || Observare, celare et intus retegere. Plautus Aulularia (15):

ubi is óbiit mortem quí mihi id aurum || crédidit,
coepi óbservare.

---

21 Obsc.—lum.; 23—25 Obsc.—lat.; 27—29 Obs.—retegere.

---

13 offenderent || 14 verbum *Gulielm.*: verum || ad z. (?) *Mu.* 15 II || 18 o more (*praec.* e) $A^A$ || experte (*om.* te) || factum $A^A$ adv. tenebrosum off. d.: tenebr. *ad v. 21 transtulit Guietus* 20 relinqui $L^1 A^A$ || 21 tenebrosum $D^A$: *om. rell.* (*cf. ad v. 18*) 23 II || 26 videmus $L A^A$ || primam *codd. Verg.* || 27 suscipere $A^A D^A$ || 27—29 *cf. 519. 33* || 29 (tegere *B*) || 29—1 *cf. 275. 11* || 1 is om. $A^A$ || obit || credidi $L^1 A^A$.

|| Observare, cognoscere. Vergilius Aen. lib. II (753):

et vestigia retro
observata sequor per noctem.

|| Observare, curiose et suspicaciter circumspicere. Plautus Aulularia (53):

oculós ego tibi istos, ínprobe, ecfodiám tibi,
ne me óbservare póssis quid rerúm geram.

|| Observare, captare. Vergilius Georg. lib. IV (512):

quos durus arator
observans nido inplumis detraxit.

Lucilius lib. XXVII (4):

quódsi observas hóminem, qui pro cómmodo et regno gaúdeat.

Terentius in Andria (169):

pertérrefacias Dávum, observes filium,
quid agát.

ORATORVM significantia manifesta est. || Oratores, legatos. Vergilius Aen. lib. XI (331):

centum oratores prima de gente Latinos
ire placet.

OCCVRRERE dicitur obvium fieri. Vergilius Aen. lib. VI (479):

hic illi occurrit Tydeus.

---

3—5 Obs.—sequor; 6—9 Obs. cur. circumsp.—possis; 10 Obs. capt.; 22 Occ.—fieri.

---

**3** recogn. *Quich.* || **6** suspiciter: *corr. Mu.* || circumasaspicere $L^1 A^A$: circumaspicere $B^A$ (*cum Gen.*$^2$ *B*) *In archetypo syllabam* ac, *quae ex verbo* suspicaciter *exciderat, post illud* circum *intulerat corrector* || 8 improba *Pl.* || tibi *alt. om.* $D^A$ || **9** perum $A^A$ || **10** III $L A^A$ || **12** *cf. 288. 4* || **14** et re *Quich.* || gaudeas $L^1$: audeat *Iun.* || **18—20** Oratores—centum *om.* $L^1$ || **20** latino || **22** obviam $D^A$.

|| Occurrere, subvenire, commonere. M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 104): 'occurrebat illa ratio'.

OFFERRE, invenire. Lucilius lib. XXVI (88):

hómines ipsi hanc síbi molestiam últro atque aerumnam ófferunt:
dúcunt uxorés.

|| Offerre, adferre. Lucilius lib. XXIX (70):

ut núnc *in* hac re míhi opem atque auxilium ófferas.

|| Offerre, ostendere. Vergilius Aen. lib. VI (291):

strictamque aciem venientibus offert.

OBDVCERE, aperire. Lucilius lib. XXIX (93):

vós interea lúmen auferte átque aulaea obdúcite.

|| Obducere, tegere. Vergilius in Bucolicis (I, 48):

obducet pascua iunco.

ORARE est precibus poscere. M. Tullius Verrinarum in Divinatione (3): 'rogare et orare, ne || eos supplices aspernarer'. || Orare, agere. M. Tullius de Officiis lib. III (43): 'ut veram amici causam esse malit; ut orandae litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet'.

OPPIDO, valde. Plautus Amphitryone (299):

óppido interii! óbsecro hercle, quántus *et* quam válidus est!

OBPETERE, obcumbere, mori. Vergilius Aen. lib. I (95):

quîs ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit obpetere.

---

24—27 Occ.—off.; 29 Off. adferre; 31—35 Off.—tegere; 7—10 Obp.—incidere.

---

**26** XXVII $A^A$ || **28** *cf. 373. 2* || **29** (O. efferre *G*) || **30** in *add. Quich.* || acremihi $A^A$ || uti nunc acrem mihi op. (?) *Mu.* || **34** autferte $L^1$: (afferte *G*) || **35** Verg. *om.* $A^A$ || **36** obducat $B^A$ (*cum Verg.*) || **37—2** *cf. 383. 3* || **37—1** in Verrem Divinatione *Mu.* || **1** ne illos *Cic.* || **2—4** *cf. 244. 32* || **5** * * * Oppido *Mu.* || **6** interi obs. $L^2 A^A$: interio obs. $L^1 B^A$ || haecde $L^1$: herde $A^A$ (*non B*) || et *om.* || **8** o ter quaterque beati quis *etc.* $D^A$.

|| Obpetere, incidere. Plautus in Asinaria (22):

atque ílla viva vívus ut pestem óbpetat.

OBESVM pro uberi et crasso saepius ponitur. Vergilius Georg. lib. III (80):

argutumque caput, brevis alvus obesaque terga.

|| Obesum, gracile et exile. Laevius in Carmine (8):

corpóre pectoreque undíque obeso, ac
mente éxensa, tardígenuclo
senio.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PROPRIVM, diuturnum. Sisenna Hist. lib. III (45): 'tum subito tacuit; atque metu et suspicione propriam capere non poterat quietem'. || Proprium est suum uniuscuiusque. Vergilius lib. VII (331):

hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem.

Varro in Caprino Proelio (71):

unam virtutem propriam mortalibu' fecit;
cetera promisque voluit communia habere.

|| Proprium rursum significat perpetuum. Sisenna Hist. lib. IV (67): 'victoribus proprie spem, victis adversae

---

7—10 Obp.—incidere; 12—18 Obes. pro crasso—senis; 20 Propr. diut.; 22 Propr.—uniusc.; 25 Varro nam—fecit; 27 Propr.—perpetuum.

---

11 ut] et || oppetas *Pl.* || 12 uueri *L*: veri $A^A$ (*cum* $E^1$) || 12—14 *cf. 239. 20* || 13 II $LA^A$ || 15 nevius: *corr. Me.* || 16 oboesso *L* || ac *del. Scal.* || 17 mente exsensa (ext.) *Gell. XIX, 7, 3*: merito (-ridito $L^1$) exeso: *fort.* mento extenso || tardigenuclo *Mu.*: tardi (*add.* $L^2$) ingenulo *L*: tardi ingenio *rell.*: tardigemulo *codd. Gell.* || 18 senis: senio obpressum *Gell.* || 19 *om.* $A^A$ || 21 atquem (adq.) m.: *corr. ed. princ.*: atque e m. (?) *Mu.* || 22 potuerat: *corr. ed. princ.* || 25 unam *Scal. Catal. 237*: nam || 26 cetere (cae.): *corr. ed. princ.* || haberi *Scal.* || 28 sepm $A^A$ || propriae spem virtutis, victis *Mu.*